



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

Liber CLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)



Sacrilega crudelitas Calvinistarum in Gallis.

Klauber sc. 19.

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER CLIII.

PAULUS IV. PONTIFEX MAXIMUS,
CAROLUS V. & postea FERDINANDUS I,
OCCIDENTIS IMPP.

§. I.

Caletum a Guisio Duce obsessum.

Hunc annum Domini millesimum Sæcul. XVI.
quingentesimum quinquagesimum A.C. 1558.
octavum Franciæ Rex gloriose au-
spicabatur, dum Caletum urbem adino- Thuan. l. 20.
Hist. Eccles. Tom. XLIII. A dum n. 3.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

*Guicc. l. 3.
Belc. comm.
l. 28. n. 3. & 4.
Burnet. hist.
de ref. t. 2.
l. 2. p. 532.*

dum conspicuam Anglis eripuit. Hi equidem illius obsidionem minime suspi-
cabantur; non enim sibi persuadere po-
terant, quod Franciæ Rex, cum nequi-
dem Hispanis resistendo par esset; vi-
cinos hos Principes armis invadere au-
deret; hac igitur fiducia delusi hanc
urbem amittebant Angli. Præerat huic
expeditioni pro summo imperio Guisus
Dux, qui hujus moliminis curam
cum Aumalio fratre suo, & Strozio, ac
Thermo Marescallis partiebatur, nec non
die prima Januarii exercitum suum præ-
fatæ urbi admovebat. Jam primis cæ-
ptæ obsidionis diebus Guisus Dux oc-
cupaverat arcem Niculanam ponti im-
positam, quam Angli, ut per terram ho-
stibus ingressum prohiberent, prope ag-
gerem fluctibus oppositum erigi cura-
runt: mox autem Dux speculam, quam
Risbanam vocant, subigit, cum exinde
per mare facilius suppetiæ afferri pos-
sent: postmodum septima obsidionis die
Gubernatorem ad deditionem provo-
cat: tandem vero post varias utrinque
altercationes in has condiciones trans-
actum est. I. Cives omnes cum uxo-
ribus, & liberis salva vitæ incolumitate
vel in Belgium, vel in Angliam sese
recipiant, idonea securitate omnibus
præstita. II. Gubernator, & cum eo
quingenta alii ad Guisii Ducis arbi-

arbitrium captivi remaneant. III. Tor- Sæcul. XVI.
 menta, globi, pulvis pyrius, arma, & A.C. 1558.
 vexilla in oppido relinquuntur. IV. Æ-
 dificia non destruantur. V. Omnis sup-
 pellex, aurum, argentum, & equi arbi-
 trario Guisii Ducis permittantur. His i-
 gitur pactis die decima Januarii utrin-
 que firmatis Angli altera die urbe ex-
 cedebant.

§. II.

*Guina a Guisio Duce obsessa,
 captaque.*

Caletum expugnato Belliduces habito Belcar. l. 28.
 Senatu deliberabant, an Guinam, n. 5. & 6.
 vel potius Gravellingam exercitum du- Thuan. l. 20.
 cere expediret: præplacuit autem prio- n. 3.
 rem civitatem aggredi, eoquod illa ad
 tuendum Caletum magis opportuna, mi-
 nusque remota, quam Gravellinga esset.
 Hanc urbem propugnabat Grajus vali-
 do mille & centum armatorum præsi-
 dio munitus: nihilominus Guisius Dux
 die decima tertia Januarii obsidioni ini-
 tium dabat, præsidarii autem quamvis
 numero sat validi essent, adeo tamen
 forte ob Caleti jacturam animo dejecti
 erant, ut primo impetu urbem defere-
 rent, seque in arcem reciperent: Cum
 vero Gubernator Gallos unice depræ-
 dationi intentos cerneret, mox eruptio-
 ne facta eos urbe expulit, atque abjecta

Sæcul. XVI.
A.C. 1558
tuendæ civitatis spe illam incendit, fe-
que rursus arci inclusit. Triduo post
ductus obsidionales, vallumque usque ad
muralem fossam promotum est, ubi col-
locatis triginta sex belli tormentis arx
tanto furore quatiebatur, ut propugna-
culum, quod portam oppositam tegebat,
ferme totum fuisset eversum: cum au-
tem ad editam ruinam difficilis adhuc
esset ascensus, Guisus fossores convo-
cavit, qui arduum accessum magis expe-
ditum redderent. Demum die vigesima
Januarii Andeloto in armis esse
jusso Germanorum legio ad id destinata
tanto impetu vim fecerat, ut hostium
trecentis in hac pugna cæsis Guberna-
tor diutius resistendo impar, captivum
se, omnemque præsidarium militem
traderet.

§. III.

*Hamesium Castellum a Duce
expugnatum.*

In ea ditione, quam Osiensem comita-
tum vulgo vocant, supererat Hamesia
arx non admodum per se munita, sed
situ fere inaccessa; quippe paludibus
undique ita cingebatur, ut ad eam non
nisi per angustum aggerem aditus
pateret, pontibus ligneis plerumque in-
tercisis: verum præsidarii, qui in eo
erant, intellecto Guinæ successu, non ex-
pecta-

pectabant Gallorum adventum, sed re-
 lictis belli tormentis inde protinus auf-
 fugerunt: sub idem tempus Sipetra, ut
 locum desertum occuparet, unacum Du-
 cis Lotharingi copiis, quarum vexilifer
 erat, eo confestim mittebatur.

Itaque aspera hyeme intra trium he-
 bdomadarum spatium Angli ea omnia
 amiserunt, quæ in Galliarum Regno o-
 lim multis victoriis parta hucusque tue-
 bantur, ad quorum jacturam non pa-
 rum conferebat Reginae unice Prote-
 stantium extirpationi intentæ imbecilli-
 tas, ac Senatus sui socordia. Hic de-
 mum fuit exitus fœderis Anglos inter,
 & Hispanos initi, cui Gardinerus Can-
 cellarius, ne utriusque Regni jura con-
 funderentur, tantopere obsistebat: quo-
 circa summus Pontifex non sine ingenii
 acumine dicere solebat, quod Caleti ja-
 ctura Reginae viduæ dos esset (*).

§. IV.

Ordinum comitia Parisiis celebrata.

Interea

(*) Ita Scriptores partium studio abrepti
 ad exiguas gentis suæ victorias ultra modum
 ovantes ludere, mox vero insequentes cla-
 des vel silentio tegere, vel insulse excusare
 solent.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1558.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

*Thuan. l. 20.
Mezeray
abreg. chron.
tom. 4. p. 615.
Belc. comm.
l. 28. n. 7.*

Interea Rex, cum recens parta possidere percuperet, eo contendere noluit, nisi prius convocatis Regni sui Ordinibus ad prosequendum bellum necessaria pecuniarum subsidia ab eis impetrasset: Igitur Parisiis Mense Januario comitia celebrat, quibus ipsemet Rex initium fecerat, oratione habita, in qua sic loquebatur: „quamprimum regni „gubernaculis admotus sum, nil anti- „quius mihi fuit, quam quod regni digni- „tatem defenderem, ac singulos regni „ordines pro cuiusque dignitate, sicut „optimum Principem decet, amore paterno complecterer: pertinet autem „non ad regni dignitatem tantum, sed „ad singulorum salutem, quod hostium „regni conatus reprimantur, antiquæ „possessiones serventur, amissa recuperentur, ac limites firmentur. Eo „consilio primis statim regni mei auspiciis difficili, sed felici bello cum Anglis „pro Bononiæ, ac vicinorum locorum „recuperatione contendi: in illud autem bellum, & alia, quæ ex eo ferie „fatali seminata sunt, immanes sumptus „fuerunt facti, quibus cum vectigalia annua non sufficerent, patrimonium omne „regium oppignorare, & præter hoc, quod „magis dolendum est, nova tributa imponere coactus fui; cuius rei sensus „dum sæpius animum meum perculerat, optavi,

„optavi, ut vel iniquis conditionibus Sæcul. XVI.
 „cum hoste convenire possem, ultroque A.C. 1558.
 „pacem ab eo petii: nunc cum id obti-
 „nere non potuerim, & audiam eum
 „majori mole bellum parare, fiduciam,
 „quam secundum Deum in vestra fide,
 „ac virtute habeo, volui apud vos pu-
 „blice testari, & quid mihi consilii sit,
 „vobis omnibus manifestum facere, ni-
 „mirum decrevi, contra maximam vim
 „maximas copias opponere: cum autem
 „vosmet ipsi minime ignoratis, quod præ-
 „cipuus belli nervus in pecunia con-
 „sistat, nam sine ea neque exercitus ali,
 „neque miles in disciplina contineri po-
 „test; insuper pulcherrimæ rei bene ge-
 „rendæ occasiones, quæ se quotidie of-
 „ferunt, plerumque amittuntur, aut cor-
 „rumpuntur: igitur vehementer peto,
 „ut mihi, ut regno, ut publicæ necessi-
 „tati, cujus causa vobis communis est,
 „succuratis: ecquidem scio, quod mul-
 „ta seculi vitio, ac temporum licentia
 „in moribus, ac civili administratione,
 „quæ plebem gravant, invaluerint: ve-
 „rum hæc emendata cupio, ac proinde,
 „cum primum vestra ope, & auxilio me a
 „præsentibus difficultatibus liberaverim,
 „& armis pacem firmam sanxerim, me
 „curaturum spondeo, ut depravata cor-
 „rigantur, & populus tributis levetur.,
 Absoluto sermone Cleri nomine Lo-
 tharin-

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.
tharingius Cardinalis, pro Nobilibus autem Nivernius Dux, ac demum pro plebe Andreas Guilarius Mortarius perorabat: cum autem præter morem ex Regni Magistratibus, qui Regis nomine jus dicerent, quartus Ordo constitutus, atque ab iis tertius justitiæ, & ærarii Ministrorum ordo separatus fuisset, Joannes Santandreas finita Nivernii Ducis oratione verba faciens in genua procubuit, Regique in Nomine Parisiensis, ceterarumque Regni curiarum, quarum delegati aderant, gratias egit, quod ex Senatoribus, qui vice Regia justitiam administrant, quartum Ordinem nominasset, & ad ceteros tres Regni Ordines junxisset. Postea cum Rex discederet, Cardinalis Lotharingus plebis delegatos seorsim conveniens eo induxit, ut omnes Ordines Regi trigies centena aureorum millia precario penderent, quam quoque summam Provinciis, urbibus, ac pagis impositam postmodum ditiones, ac cuncti facultatum copia magis conspicui solvere tenebantur.

§. V.

Rex Caletum profectus.

Thuan. l. 20.
Belcar. l. c. **F**initis hisce comitiis Rex unacum Regina, Delphino, ac Proceribus solemniter sacro, quod in Palatii sacello celebrabatur.

brabatur, interfuit, Deoque gratias de
 Caleto feliciter capto egit: Verum prius-
 quam Henricus eo contenderet, pro
 tribunali sedebat, ubi pleraque edicta, ac
 constitutiones, quæ ad civilem admi-
 nistrationem pertinebant, & jam abo-
 leverant, renovatæ, ac denuo promul-
 gatæ sunt: inde autem Caletum paucis
 post diebus profectus est, ubi examina-
 to loci situ ex Belliducum suorum con-
 silio urbem munire statuit, ac ipsemet
 unacum Delphino, qui eum comitaba-
 tur, triumphantium more civitatem in-
 gressus est, Pauloque Thermo illius
 gubernationem commisit: ipse vero di-
 missa exercitus sui parte reliquam ad
 hyberna deduci iussit. Postea Niver-
 nius Dux in Campaniam reversus præ-
 fidiariorum Præfectis, ut suas legiones
 paratas haberent, præcipit, ac ipse in-
 eunte Mense Februario Ivodium venit,
 ubi Senatu habito Herbemontium ca-
 stellum in Arduenna Sylva situm obsi-
 dere decernebat, quod etiam postea
 captum est.

§. VI.

*Franciæ Delphinus Marice Stuartæ
 Scotiæ Reginæ desponsatus.*

Postquam Rex victor redierat, unice
 curas eo intendit, ut inter Delphi-
 num Filium suum, & Mariam Stuartam
 A 5 Scoto-

Sæcul, XVI.
 A.C. 1558.

Sec. XVI
A.C. 1558.

*Burnet hist.
de la Ref.
l. 2. tom. 2.
p. 528.*

Scotorum Reginam, & Jacobi V, ac Mariæ Guisiorum Principum sororis filiam matrimonium conciliaret, nec irrito sane successu; quippe die vigesima quarta Aprilis nuptiæ cum ingenti pompa fuere celebratæ, eademque die Guisius Dux, ut magni palatii Magistri officio, quod Connestabilis Momorantius captivus obtinebat, fungeretur, a Rege impetravit.

Peractis nuptiis Glascuensis Archiepiscopus Scotiæ Primas, ceterique hujus Regni Legati in concilium vocabantur, ubi Bertrandus Scotiæ Procancellarius paucis verbis, quanta utilitas ex hoc connubio in Franciam æque, ac Scotiam redundaret, exponebat, moxque Legatos his verbis alloquebatur: omnino decentiæ leges petunt, ut Delphino corona, ceteraque Regni insignia tradantur, simulque Reginæ Maritus Scotorum Rex proclametur: cum autem Legati nihil sibi de iis rebus injunctum respondissent, rursus ille inquit: „non „aliud inpræsentiarum a vobis peto, „quam id, quod in vestro positum est arbitrio, ut scilicet, cum hac de re in publico Concilio disceptabitur, honorem, „qui juste petitur, suffragiis vestris comprobetis, idque vos facturos chirographo vestro confirmetis.„ Ad ea rursus responderunt legati; quod id sibi per
lega-

legationis intra præscriptas metas contractæ leges non liceret. Percepto Legatorum responso, ac repulsa dimittebantur, qui quantumvis ad suos redire festinarent, antequam e Galliis pedem efferrent, quatuor ex suis morte sublato amifere, iique erant Orcadensis Episcopus, Cassiliffæ, & Angusæ comites, ac Flaminius familiæ suæ Princeps, omnes summa virtute, & in patriam charitate insignes. Insuper mortui sunt plerique eorum comites non sine suspitione veneni, uti jactabatur, propinati.

§. VII.

Titulus Regis Delphino a Scotis concessus.

Post hæc ceteri Legati, Glascuensis Archiepiscopus, Bathonæ Comes, ac duo alii, cum in Scotiam reversi essent, Ordinum comitia ingressi facile obtinebant, ut ab eis gesta rata haberentur: Cum autem Galliarum Rex Delphino Regis titulum attribui peteret, Franciæ Orator æque, ac Regni Administratrix hanc rem tam potenter urgebant, ut nonnullis etiam vehementissime obstantibus Gallicæ partis fautores, quorum major erat numerus, impetrarent, ut corona Delphino decerneretur. Re decisa quidam, qui eam ad Delphinum deferrent, feligebantur, iique erant
Gile-

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Thuan. l. 20.
n. 609.

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

Gilepsicus Cambellius Argateliæ Comes, & Jacobus Reginæ frater, qui tamen cum lentius profectioem adornarent, omnia circumspicientes ita suum iter distulerunt, ut interea Maria Angliæ Regina decederet: nihilominus decreta permanfit corona Francisco Reginæ Scotiæ marito, qui de Patris sui consensu postea Rex Delphinus appellatus est.

§. VIII.

Colloquium Granvellani cum Cardinale Lotharingio circa Colinii causam.

Thuan. p.
6ro.

Interea Guisii, quorum potentia indies crescebat, unice intenti erant mediis, quibus præcipuam in Regno auctoritatem sibi vendicarent: nec eorum conatibus ultra obsistebant Montmorantii; ex his enim Connestabilis æque, ac Colinius classis Gallicæ Præfectus in captivitate detinebantur, nec alius supererat, quam Andelotus istius frater, & perditatus Gallici Præfectus; verum & hujus exitium promovendi crebra Guisii sese offerebat occasio, qua etiam opportune uti decernebant. Equidem magna Andeloti erat apud Regem gratia, quam ei ingens illa, qua Rex illius Avunculum prosequabatur, benevolentia,

tia, necnon propria ipsius merita conciliabant, præsertim cum in Caletensi expugnatione, ac Santquintinianensi prælio egregiam Regi operam navasset: verum Andelotus nimio studio erroneis Calvinii opinionibus addictus erat: cum enim in libris evolvendis fedulus, ac novitatum studiosissimus esse videretur, hæc ipsa curiositas, ac frequens cum Germaniæ Protestantibus commercium hunc Virum ad hæresin induxerunt, adeo, ut nemo alius præter ipsum majori ardore, ac pertinacia novam sectam tueretur: Itaque hac ipsa Andeloti perveritate Guisus Cardinalis, ut ejus auctoritatem deprimeret, totamque illius familiam pari fato involveret, utebatur, ipsumque hoc Guisii studium quamplurimis omnino probabatur, eo quod Religionis obtentum præferret, unde & ipsemet Rex sinistram de Andeloto opinionem animo suo imbibere cæperat: Guisus vero, quamvis ad hæc molimina calcar ei addere supervacaneum esset, huic tamen rei aliunde sponte sua unice intentus adhuc magis accendebatur in quodam colloquio, quod Peronnæ cum Perrenotto Granvellano Atrebatensi Episcopo habebat: nam hic Guisium summis precibus urgebat, ut ad firmam pacem inter ambos Reges conciliandam totis viribus

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

Sæc. XVI. viribus adlaboraret, eo quod, inquebat
A.C. 1558. ipse, fortasse Turca utpote hostis longin-
 quior, ac proin minus formidandus negligi posset, cum longe periculosior, quem uterque in finu, atque adeo in visceribus foveat, subsit, isque non alius foret, quam pestiferum pravaram de religione opinionum virus, quod inter Principum dissidia per animos hominum serpit, eoque nunc Belgium, & jam pridem major Gallia pars infestatur.

§. IX,

*Granvellani sermo de Andeloto in
Calvini hæresin prolapso.*

Thu. l. c.
La Popelin. 5

Cum hæc ipsa prima Perrenotti Granvellani verba mire Guisii Cardinalis animum commoverent, ille hæc subjun-
 gebat: „non fugit Philippum Regem,
 „quantos ea res motus, ac suspiciones
 „excitatura sit, nisi summa fide, ac pru-
 „dentia dirigatur, nam initia fere dant
 „formam negotiis: itaque diu hæsit, an-
 „tequam cuiquam Gallorum suam ea
 „de re mentem aperiret: verum ambi-
 „genti tandem fortuna consilium dedit,
 „quæ te, ac tuum fratrem Guisium
 „Gallorum cladibus superesse voluit, ut
 „essent, qui negotium hoc suscipere-
 „regi salutare, utpote ad Dei Gloriam
 „conducens, ac utile regno, quod inter
 „Reli-

„Religionis diffidia nunquam pacatum
 „erit; infuper hæc res erit vobis glo-
 „riosa, ac denique populis acceptabilis,
 „quorum gratiam demereri illustrissimæ
 „familix tuæ ad inopinatos casus sum-
 „mopere interest. „ His dictis, cum astum
 „procedere, & tacito gaudio impotentis
 „hominis pectus pertentari videret Per-
 „renottus, rursus addit; „ Eadem fortu-
 „na, quæ consilium Philippo dedit, il-
 „lustrissime Cardinalis, vobis pulcher-
 „rimam rei bene gerendæ occasionem
 „offert sublato Momorantio Connesta-
 „bili, & Colinio maris præfecto, nam
 „æmulationes, ac similtates, quas illi
 „cum illustrissima familia vestra exer-
 „cent, minime occultæ sunt, cunctisque
 „patet, quod in florentissimo Gallix re-
 „gno Colinii sectariorum amici, & fau-
 „tores sint; nam Momorantius, etsi a
 „perversa eorum caussa fortasse sit alie-
 „nus, eos tamen tam paterno amore di-
 „ligit, ut eorum fortunas, opes, dignita-
 „tem, vel suo periculo tueri paratus sit.
 „Denique magis adhuc vestram vigi-
 „lantiam acuere debet, quod Andelo-
 „tus, qui nuper e manibus nostris ela-
 „psus est, impie, & indigne de Religio-
 „ne, ac Missæ sacrificio sentiat, & loqua-
 „tur inter milites, eorumque plerosque
 „exemplo suo corrumpat, prout ad nos
 „quotidianis rumoribus perfertur. „

Cete-

Sæcul. XVI.

A.C. 1557.

Sæc. XVI.
A C. 1558.

Ceterum hæc ipsa amicitiae, & consiliorum inter Guisios Principes, & Hispanos initorum principia fuisse creduntur illa, quæ pro ratione temporum sæpius mutata, sed semper renovata sunt.

His ita dispositis Cardinalis, & Granvellanus ambo speciali amicitiae vinculo juncti discesserunt, quorum prior ad aulam, alter vero ad Philippum, qui semper Bruxellis hærebat, contendere parabat: cum autem Christierna vidua Lotharingiæ Ducissa eodem tempore, ut filium suum juniorem Ducem salutaret, Peronnam venisset, illamque Cardinalis comitatus fuisset: hinc duntaxat tunc in vulgus fuit jactatum, quod in nupero colloquio solummodo Christierna de pace ineunda egisset, nihil vero hac in re decisum fuisset.

§. X.

Rex a Cardinale de erroneis Andeloti opinionibus certior factus.

Postquam Cardinalis Lotharingius ad Regem, qui tum Moricelli in Bria prope Meldas agebat, reversus erat, eidem totius colloquii nuper cum Perrenotto habiti seriem exposuit, hæc significans, „metuit Philippus Rex, ne inter „arma sectariorum contagio Franciam, „& Belgium haud curando vulnere depascatur; nam id jam deplorant omnes, „ultro-

„ultroque sibi exprobrant, plerosque ex
 „Proceribus in Gallia illo veneno, quod
 „ipfi inter alios spargunt, infectos, ac
 „nominatim a Perrenoto Atrebatensi E-
 „piscopo mihi significatum est, quod An-
 „delotus palam indigna de solemnī
 „Sacrificio blateret: ea de re jam fa-
 „ctum, ut Philippus, quamvis ad pro-
 „sequendos successus arridentis fortu-
 „næ blanditiis, & ætatis calore incite-
 „tur, de Religione tamen sollicitus, pa-
 „cis consilia foveat, dummodo illa tuen-
 „dæ Religioni sint utilia, atque ad illam
 „contra hæreticorum insultus defenden-
 „dam opportuna. „ Hic sermo Regis
 animum perculit, mentione inde pacis,
 qua res suas egere sentiebat, injecta: a-
 liunde vero pertimescebat petulantiam
 sectariorum jam passim grassantium.
 Itaque id, quod de Andeloto dictum fue-
 rat, de quo jam aliquid inaudiverat, mi-
 nime negligendum putabat, hinc eum
 utpote Virum de Religione suspectum
 per Castellionæum Odetum Cardinalem
 fratrem illius, ac Franciscum Momo-
 rantium ejus Sobrinum evocari jubet,
 præcipitque, ut illum Moncellum ac-
 cersant, ac præprimis moneant, ut ad
 Regis interrogata modeste respondeat;
 cum hic ejus causæ favere velit, atque
 ardentem cupiat, quod a crimine objecto
 innocens comperiatur.

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

B §. XI.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.

Sæcul. XVI.

A.C. 1558.

§. XI.

*Andelotus Regem accedens, eique
rationem reddens de sua Re-
ligione.*

*Thu. l. c.
Belc. comm.
l. 28. n. 10.
Maimb. hist.
Calvin. t. 1.
l. 2. p. 162.*

Igitur Andelotus evocatur, ac Moncelli coram Rege, is cum Mensæ affideret, sistitur. Ibi Rex cum multa de sua erga ipsum benevolentia, ac vicissim de ipsius meritis præfatus esset, tandem dixit: „ viscera mea doloris vi obruebantur, cum ad me ex compluribus locis deferretur, quod tu male de Religione sentias, ac proinde quid de Missæ Sacrificio, quod Calviniani tantopere excitant, & abhorrent, credas, ut mihi respondeas, præcipio. „ Andelotus summa fiducia, ut erat vir elato animo, audacter respondit, „ mihi gaudium affert, quod Rex, quem munificentissimum erga me, ac omnem familiam meam expertus sum, & cui me vicissim in omnibus rebus hactenus obsequentissimum præbui, fidem meam, & industriam approbet: ceterum in causa Religionis fucum Deo facere non possum: corpus, opes, & dignitas in Regis potestate sunt, de quibus ad arbitrium suum statuere poterit: anima vero soli Deo, qui dedit illam, subjacet, cui proinde in hac causa ut potiori Domino parere necesse habeo. „

Insu-

Infuper Andelotum hæc subjunxiffe referunt: „Calvini sectam profiteor, ac „propterea Missam, tanquam hominum „commentum summopere abominan- „dum, detestor.„ Hoc responso cum ni- mium audax foret, Rex adeo excan- duit, ut præ ira e mensa confurgens, lan- ceque arrepta, quam in terram dejicere volebat, incautius Delfinum Filium suum, qui infra eum sedebat, graviter per- cussit, mensisque mox remotis Ande- lotum a Joanne Babro Bordeferio fe- cretoris cubiculi Magistro duci jusserit in Meldorum civitatem, ubi in Episcopi ædibus aliquantisper sub custodia fuit detentus, donec Regis jussu Melodunum transferretur, ibidem inclusus.

§. XII.

Montlucius in supremum Gallici pe- ditatus Præfectum electus.

Cum Andelotus Gallici peditatus Præfecturam amoto Colinio ejus Fratre, ac Francicæ classis Architalasso, obtinuisset, mox hæc dignitas Blasio Montlucio deferebatur, quam is quidem primo acceptare recusabat, veritus, ne sibi inde malevolorum invidiam accer- feret, seque Montmorentiis, quorum fa- vorem sedulo conservandum reputabat, infensum redderet: iteratis tamen Hen- rici Regis mandatis progressu tempo- ris

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Comm. de
Montluc. l. 4.

B 2 ris

Sæcul. XVI. ris paruit. Ea re Lotharingius Cardi-
A.C. 1558. nalis summo afficiebatur gaudio, eo quod
 hanc dignitatem adeo conspicuam de-
 mum collatam cerneret Viro suæ fami-
 liæ addictissimo, qui aliunde in Lotha-
 ringii Ducis aula enutritus præclara ad-
 modum obsequia patriæ suæ præstite-
 rat. Sub idem tempus Montmorentius
 Connestabilis de Guisiorum molimine
 per suos amicos certior factus, Guisii
 Principis absentia utendum existimabat,
 quapropter, licet captivus esset, an-
 nuente Hispaniæ Rege in Gallias venit,
 eo usus obtentu, quod Henricum II.
 Franciæ Regem ad pacem inclinare ni-
 teretur, cum idipsum Philippus Rex
 summis in votis haberet, ut tandem in
 Hispaniam reverti posset. Itaque Con-
 nestabilis Regem Bellovacii adiens illi
 colloquebatur, Regisque gratiam, ac fa-
 vorem rursus sibi plene concilians in
 Flandriam rediit, seque denuo tanquam
 captivum, uti promiserat, Hispano Regi
 tradidit. Vix Connestabilis discesserat,
 cum illico Guisus Dux Regis animum
 explorare, eumque eo inclinare studuit,
 ut, quandocumque Connestabilem mori
 contingeret, Regii Palatii Magister nomi-
 naretur, eo quod hanc dignitatem jam
 jam in Delphini nuptiis obiisset. Ve-
 rum ad hæc Rex morosius sic respondit:
 „Ea sunt Connestabilis merita, ut nihil
 „ eorum

„eorum, quæ ille, vel sibi, vel suis petet, „honeste recusare valeam. „ Hoc responso delusus Guisus haud ultra institit, eo potissimum nomine, quod rescivisset, Valentinam Ducissam, quæ quantumvis senio gravis, magna tamen adhuc gratia apud Henricum valebat, de insolentiori Cardinalis arrogantia apud Regem conquestam esse.

§. XIII.

Actum de pace inter Hispaniam, Angliam, & Franciam.

Jam a longo tempore de pace Hispanos inter, & Anglos, ac Gallos concilianda agebatur, & præprimis Valentinæ Ducissæ Guisus infensa, cum libertatem Connestabili Montmorentio procurare percuperet, Regi exponebat, quod præter Montmorentium, quem Philippus Rex captum detineret, nemo alius ad pacis negotium cum Hispanis maturandum magis idoneus esset. Annuit Rex, unde Connestabilis hanc provinciam non sine magna animi sui lætitia in se suscepit, ac præprimis amicitiam Sabaudi Ducis sibi conciliare satagebat, qui haud obscure intelligebat, quod ditionis suæ recuperandæ nulla sibi superesset spes, nisi prius conciliato utroque Rege. Ergo ambo rem apud Philippum tanto fervore urgent, ut is pa-

Sæcul. XVI.

A.C. 1558.

Be'car.

Thuan. l. 6.

Popelinier.

l. 5.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

cis colloquium haberi tandem consentiret, moxque ipsummet Connestabilem ad Henricum II. decerneret, eo fine, ut hunc regem pariter ad hoc colloquium incitaret. Henricus, qui tum in suis castris ad Sommam agebat, Montmorentium maximis honorum signis excepit, quin imo eidem obviam procedens in ejus amplexus ruit, atque ipsum etiam suo lecto insidere fecit, quæ benevolentia certe Guisii Principibus permolesta acciderat. Ceterum nonnisi de seligendo colloquii loco agebatur, ac præ ceteris ad inchoandas consultationes magis opportuna censebatur Abbatia Cercampensis, quæ in Arthesiæ comitatu sita haud procul ab Hedena urbe distabat. Eo igitur Mense Octobri ad medium vergente Legati utrinque magno numero convenere.

§. XIV.

Cercampensis congressus pro pace restauranda.

Itaque Cercampum veniunt Regis nomine Cardinalis Lotharingus, Connestabilis Annas Montmorentius, Jacobus Albo Santandreas. Marcellus, Joannes Morvillerius Episcopus Aurelianensis, & Claudius Albaspinæus a fecretioribus epistolis: Nomine autem Philippi

lippi Hispaniæ Regis interfuere Ferdi- Sæc. XVI.
 nandus, Alvares Toletanus Albæ Dux, A.C. 1558.
 magnus Palatii Magister, Guilielmus
 Nassovius Arausiensis Princeps, ambo
 velleris aurei equites præter Rigomesium
 Silvam Melitæ comitem, Antonium
 Perrenotum Atrebatensem Episcopum,
 & Ulricum Viglium de Ayta Zwicke-
 mii in Frisia Toparcham; Mariæ au-
 tem Angliæ Reginæ partes in hoc ne-
 gotio tuebantur Thomas Thirlebyus
 Eliensis Episcopus, & Thomas Havar-
 dus cubiculariorum Princeps, & Nicolaus
 Wottonus Eboracensis Decanus; de-
 mum pro Sabaudia Duce aderant
 Thomas Languscus Stropianæ Co-
 mes, & Astensis Curia Præses.
 Intererat etiam Christiana Vidua Lo-
 tharingia Ducissa unacum Carolo ejus
 Filio, qui tamen amicorum, pacisque
 conciliatorum partes sustinere volebant.
 In primo congressu placuit, quod armo-
 rum induciæ usque ad Mensis Octobris
 exitum decernerentur, quapropter co-
 piæ utrinque dimittebantur, & quidem
 hispanorum exercitus secundo Authiæ
 Flumine Abbatis villam versus cum
 iter habuisset, inde ad Sancti Audomari
 oppidum contendit. Rex vicissim
 peditatu in Regni finibus per præsidia
 distributo, equites domum remisit.
 Postea inter delegatos quoad primum

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

articulum magnam controversiam excitaverat de Caletio contentio, cum istud Galli, ut antiquum regni patrimonium bello nuper recuperatum, retinere velent, atque Angli, nisi restitueretur, pactis subscripturi non viderentur: Cum igitur Philippus Rex utriusque partis pertinaciam cerneret, jam tum de pace ineunda desperabat, moxque in Angliam Feriæ comitem misit, ut Mariam Reginam uxorem jam ægram inviseret, præcipue vero, si nulla ratione Galli adduci possent, ut Caletum nuper Anglis ademptum restituerent, de tradenda Sabauda Elisabetha sorore condiciones proponeret.

§. XV.

Elisabethæ connubium a Sabauda Duce expetitur.

Thuan. l. c.

Enimvero Philibertus Emanuel Sabaudia Dux, qui inter ævi sui Belliduces longe celeberrimus, atque a Gallis sua ditioe spoliatus tum exul oberabat, Philippum Regem eo induxerat, ut inter ipsum, & Elisabetham Regiam Principem nuptias conciliaret. Verum referunt Historicorum nonnulli, quod ipsemet Philippus eam sibi in uxorem destinaverit, si forte Maria Regina absque prole decederet: eapropter Elisabethæ

fabethæ matrimonium cum Sabaudia Sæc. XVI.
 Duce ferme penitus conclusum esse A.C. 1558.
 studiose sparsisse dicitur, eo fine, ut
 nemo alius illam sibi in uxorem depo-
 fceret. Quinimo ipsa & Elisabetha,
 illius nuptias exoptare videbatur; cum
 enim eidem futuri hujus connubii pro-
 positio fieret, respondit: „Sabaudia
 „Ducem tanquam Principem, qui in-
 „ter ceteros suo ævo Belliduces maxi-
 „mam nominis sui famam conciliave-
 „rat, veneror: ast eidem nubere sola
 „hac ex causa præpedior, quod ex An-
 „glicæ historiæ fastis comperissem, meam
 „nationem potius prudenti, ac politico
 „Rege, quam insigni Belliduce indi-
 „gere, quoniam bellicosi Principes ple-
 „rumque subditorum odium sibi accer-
 „sunt, suosque vicinos continuo di-
 „vexant: nec Anglis opus est, quod
 „novis victoriis regnum suum latius
 „protendant, sed unice parta tueantur
 „neque unquam Angli nisi sub pacifici
 „Principis regimine felices esse pote-
 „runt: Rex vero belli studiis incitatus
 „nunquam tranquillitatem fovere va-
 „lebit quamvis Anglicæ Nationis feli-
 „citas exigat, ut illa nunquam nisi
 „coacta bellum adoriatur, quod tamen
 „non sine maximis sumptibus inferri
 „potest: Rex autem ad bella pronus,
 „mox ex levissima etiam causa, ac præ-

Sæc. XVI. „textu ad arma conclamare, incipe-
 A.C.1558. ret. „

§. XVI.

*Elisabetha Sueciæ Regis nuptias re-
 sponens.*

*Burnet. t. 3.
 l. 2. p. 539.*

Paulopost Henricus V. Suecorum Rex ad Elisabetham quemdam ablegabat Nobilem, qui eandem certiozem redderet, quod ejusdem Rex illam in uxorem ducere peroptaret: insuper idem illam rogare jubebatur, ut illius votis consensu suo satisfacere vellet. Eapropter hic Legatus cum illa seorsim loquendi veniam petebat, postquam vero illa hujus itineris causam edocta erat, huic Nobili significari jussit, quod nemo alius præter ipsam Reginam eidem hac de re quicquam proponere posset, quinimo huic Legato haud obscure declarari fecit, ipsi gratissimum fore, si Sueciæ Rex eam ducendi consilium abjiceret. Verum hac declaratione insuperhabita Legatus ipsi Reginæ Principis sui voluntatem manifestam faciebat: attamen hæc de Elisabethæ responso certior facta Legato reposuit: ratum omnino habitura sum, quicquid ipsamet „Elisabetha tibi respondebit: de- „tero Sueciæ Rex per suos Legatos il- „lius Nuptias expetere poterit, prius- „quam vero eisdem desuper responden- dum

„dum est, ipsamet de Elisabethæ vo-
 „luntate plene edoceri peropto.,, Ve-
 rum hæc in responsis dabat, quod sua
 conditione esset contenta, sique Regina
 illam suo arbitrio relinquere vellet, pã-
 lam declararet, quod Virginalem sta-
 tum conjugali longe præferret, etiamsi
 potentissimus hujus Orbis Princeps il-
 lius nuptias ambiret. Accepto hoc re-
 sponso res haud ulterius urgebatur.

§. XVII.

*Subsidium per Mariam Reginam a
suo Senatu petitum.*

Ceterum cum altercationes de red-
 dendo Caleto Cercampi continuo
 ferrent, die quinta Novembris An-
 gliæ Senatus conventum habuit, in
 quo Regina ad ferendos belli sumptus
 suppetias postulabat, si forte, ut sat
 vero simile erat, pax non concludere-
 tur. Attamen *Communis*, ut vocant,
 Curia Patres huic petitioni deferre pa-
 rum propensi videbantur, quapropter
 Regina ad illos Cancellarium unacum
 decem aliis Proceribus decernere coge-
 batur, qui deplorandum rerum suarum
 statum eisdem exponerent, illosque
 rogarent, ut subsidiis succurrere festi-
 narent. Hæc Reginæ sollicitatio suo
 haud caruit successu; quippe hujus Cu-
 riæ

Sæc. XVI.
 A.C. 1558.

Burnet
 p. 547.

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

riæ Patres in conquirendis suppetiis solidum biduum impendebant, attamen brevi per Mariæ Reginæ obitum, qui paulo post acciderat, non modo hi Patres, sed etiam Oratores Cercampum missi a sua sollicitudine eximebantur; unde hi quantocius colloquium dissolverunt, polliciti tamen, se ad prosequendum pacis negotium proximo Mense Januario rursus conventuros.

§. XVIII.

Mariæ Angliæ Reginæ obitus.

Thu. l. 20.
p. 623.
Burnet
p. 550.
Sand. de
schism.
Angl. l. 2.

Ceterum hujus Reginæ vires indies magis, magisque deficere videbantur: cum enim se prægnantem esse existimaret, ac remedia minus apta adhiberet, sui que corporis curam quibusdam committeret mulieribus, quæ obtumentem uterum Reginam suam non nisi vana spe lactare intentæ erant, hinc Medicorum consilium exquirere negligebat, quorum tamen ope fors a malo, quo laborabat, liberari potuisset. Ab eo igitur tempore semper infirma utebatur valetudine; primævo enim naturæ vitio atra bili abundabat, crebrisque vexationibus, quibus regnante utroque Rege Prædecesore expolita erat, animi tœdium augebatur, quinimo, cum progressu temporis a Rege Marito suo pristino affectu sese non coli haud obscure cognosce-

gnosceret, exinde animi sui ægritudo Sæcul. XVI.
A.C. 1558.
indies magis, magisque crescebat. Tandem Caletensis Urbis jactura illam ad eum redigebat statum, ut non nisi paucorum consortium sustineret, ejusque corpus ipsamet animi mœstitia confectum indies viribus exhauriretur: unde stomacho ultra modum tumescente tandem hydropis morbo laborare declarabatur, qui cum etiam jam ineunte Mense Novembri semper magis augetur, die decima septima ejusdem Mensis consumpta obiit, postquam annos quadraginta tres ætatis suæ, Regni vero quinque, ac quatuor Menses, diesque undecim expleverat.

§. XIX.

Cardinalis Poli mors.

Inter hujus Reginæ, ac Cardinalis Poli Ciacon. in
vit. Pont.
t. 3. p. 627.
& seq.
Thuan. l. 6.
Goduin de
Præsul.
Angl. in
Arch. Cantua
obitum nonnisi sexdecim horarum spatium intercedebat; hic enim illa nocte, quæ decimam septimam a decima octava ejusdem Mensis Novembris die separat, mortalitatem exiit: postquam Anno Christi millesimo quingentesimo Mense Martio, vel Majo natus non nisi annos quinquaginta novem vixerat. Referunt Scriptorum nonnulli, quod accepto nuntio de Mariæ Reginæ obitu tanto dolore fuerit affectus, ut crucem suam sibi tradi postulaverit, &
Cruci-

Sæcul. XVI. Crucifixi imaginem sacro osculo com-
A.C. 1558. plectens exclamaverit: *Domine salva nos,*
perimus, Salvator Mundi, salva Eccle-
siam tuam. Vix hæc verba proferebat,
 cum ad supremas mortis angustias re-
 ductus humanis rebus valediceret. Pas-
 sim deprædicatur Polus tanquam il-
 lustrissimus omnium Præfulum, quos
 ullo unquam tempore Anglia produxit:
 insuper omnes Scriptores, imo ipsi etiam
 Protestantes eximii, quo excelluit ingenii
 aciem, eruditionem, prudentiam, mo-
 derationem, charitatem, animumque
 a proprio quæstu alienissimum insigni-
 bus elogiis commendant; quippe gene-
 ris sui nobilitate, præclarisque animi
 dotibus uberrime præditus non nisi cum
 vilipensione negligebat abjecta illa me-
 dia, quibus profani homines ad augen-
 dam rerum suarum fortunam utuntur;
 nam sua morum lenitate, animique
 moderatione impulsus unice desidera-
 bat, ut Angli ad avitam Religionem
 honestis, ac legitimis viis reduceren-
 tur, ægre ferens, si gladii, rogi que
 supplicia adhibere necesse fuerit, qui-
 nimo si ceteri usitatum Poli mansuetu-
 dinem, ejusque consilia fuissent secuti,
 forte Angliæ Regnum cum Sede Apo-
 stolica penitus reconciliatum vidissemus.
 Ceterum Corpus ejus in funebri peg-
 mate per quadraginta dies expositum,
 ac

ac Cantuariam delatum tandem in Sa-
cello D. Thomæ ab ipso constructo ter-
ræ mandatum fuit, addita humili hac
inſcriptione latina: *Depositum Cardina-
lis Poli.*

§. XX.

Hujus Cardinalis opera.

Hic idem Cardinalis quædam ingenii
fui monumenta poſteris reliquit, in
quibus profunda ejus eruditio, ac ſin-
gularis eloquentia luculentius elucet,
quamvis ceteroquin Pembum, Sado-
letum, & Longollium latini ſermonis
puritate non adæquet. Scripſit Polus
præprimis *pro Eccleſiaſticæ unitatis, ac
unionis Eccleſiæ deſenſione* tractatum, in
quatuor libros diviſum, atque Anno
Chriſti milleſimo quingentimo quin-
quageſimo quinto Argentinenſibus lite-
ris excuſum, in quo contra Henrici VIII.
ſchiſma vehementer declamat, nec mi-
nus edidit ad Dialogi normam inter
ipſum, & Cardinalem Urbinatenſem,
duos libros de ſummo Pontifice Chriſti
in terris Vicario, ejusque officio, & po-
teſtate, in quo opere præcipue demonſtrat,
quod Chriſtus Dominus in terris ſuum
reliquerit Vicarium, primusque fuerit
D. Petrus, ac poſtea ejusdem Succes-
ſores, ut pro in hoc ipſum Vicarii officium
ſit perpetuum: Porro cum de ejusdem
digni-

*Pitſeus de
Tcript.
Aagl.
Becatel. vit.
Poli Dupin.
Bibl. des
Auth. Eccl.
t. 16. p. 41.
& ſeq.*

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

dignitate, aliisque prærogativis eidem annexis sermonem ingerit, tunc affirmat, quod hic idem Christi Domini Vicarius sit Pastor Ecclesiæ *per excellentiam*, illique ceteros Pastores confirmandi jus competat, cum primus sit supremi Ecclesiæ Capitis Minister, necnon Administer misericordiæ Divinæ, veluti Reges sunt divinæ justitiæ Ministri: his addit, quod hic Christi Vicarius pro grege ad vitam æternam conducendo claves receperit. Postea in capite de officio Pastorum differens, illis mansuetudinem, & clementiam tanquam virtutes, quæ semper justitiam moderari debent, speciatim commendat.

Altera ejusdem tractatus pars concernit quæstiones de Papæ, Concilii, & Regum potestate, ubi docet, quod Papæ auctoritas nunquam major existat, quam in Generali Concilio, quod Ecclesiam Universalem repræsentat; ibi enim Papa, qui illius Caput est, jus confirmandi fratres suos a Christo Domino recepit, nam idipsum D. Petrum in Concilio Jerosolymitano egisse, ejusque Successores, summos Pontifices in Conciliis Generalibus agere affirmat, simulque tradit, quod ibidem primus Minister ea, quæ pertinent ad doctrinam Orthodoxam, declaret, cunctisque ceteris assentientibus ejusmodi de-

finitio-

finitiones, quæ vim, omnemque aucto-
 rioritatem obtinent, in Conciliis gene-
 ralibus fiant: reliqui autem conventus,
 a quibus Christi Vicarius abest, prout
 accidit in Ariminensi cœtu, quantum-
 vis Præfulum numero celebres sint,
 nunquam tamen pro Oecumenicis, &
 legitimis Conciliis fuerint habiti. Post-
 ea ostendit, quod summo Pontifici per
 Generalia Concilia nulla auctoritas ac-
 cedat, sed potius Synodi suam ab ipso
 virtutem recipiant, atque ipsimet Epi-
 scopi ibidem doctrinam a summo Pon-
 tifice, sicut olim Apostoli a Christo Do-
 mino hauriant, in quo tamen Polus
 satis clare ostendit, quod circa hoc ar-
 gumentum exiguam habuerit scien-
 tiam. (*)

Fate-

(*) Ingens sane temeritas Continuatoris
 nostri, qui Præsulem profundissima eruditio-
 ne clarum inscitæ arguere audet. Num cre-
 dere potuit, quod hic, tantusque Vir ignora-
 verit avitam Ecclesiæ doctrinam, nec ipsum
 latuit, quod nonnisi a privatis quibusdam Do-
 ctoribus in Basileensi cœtu summi Pontificis
 auctoritas fuerit perperam invasa: num pro-
 pterea de hoc argumento haud recte sensisse
 redargui potest, quod novam unius folius
 nationis, cujus Præsules adhucdum circa idem
 hoc argumentum nondum plene consentiunt,

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

C secu-

Sæcul. XVI.

A. C. 1558.

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

Fatetur tamen Polus, quod tunc, si Pontifices sua auctoritate non sine populi offensione, ac Ecclesiæ, & Conciliorum detrimento abuterentur, atque ex Pastoribus in Lupos degenerarent

secutus non fuerit, illam autem sententiam, quæ per plusquam tredecim sæcula tanquam veritatis minime dubiæ articulus ab omnibus Conciliis, S. Patribus, & Doctoribus fuit recepta, immota fide tenuerit. Fors doctissimum Cardinalem Polum fugiebat, quod ex hac ipsa sententia recens a Basileensibus, ejusque aëclis in odium Pontificis adinventa non pauci ansam arripuerint, ut vilipenso Pastore visibili Christi gregem in Anglia, & alibi per suos Sectatores misere dispergerent, ac mactarent? Si vero recens hæc doctrina Orthodoxæ fidei veritatibus magis consona fuisset, certe Polus eandem Henrico VIII. Regi in suo tractatu exposuisset, cum illum per eandem facilius a suo schismate revocare potuisset, eidem proponens, quod Pontificis potestas non sit suprema, sed Concilia Pontificia superiorem habeant auctoritatem, imo & Episcopi suam potestatem *immediate* a Christo Domino recipiant. Hac doctrina per tantum Virum stabilita forte haud ægre Regem, qui supremam Pontificis, non vero Concilii auctoritatem sibi arrogabat, seque supremum

Eccle-

rent, illorumque noxæ in totius gre-
gis præjudicium cederent, Fidelibus
primo recurrendum esset ad ipsum Chri-
stum Dominum, & postea ad Episco-
pos, & Concilia, quorum erit ejusmodi
Pontifices de eorum vitiis admo-
nere, nullatenus tamen Polus admittit,
quod concilia Papam judicare, vel eum
sua auctoritate exuere valeant, nihilo-
minus expedire asserit, quod in iis, quæ
legi Divinæ, ac Ecclesiæ utilitati ad-
versantur, eidem morem non gerant:
Denique addit, quod tunc, si Pontifex
in hæresin prolabatur, aut mente ca-
ptus sit, in ejus locum alius subrogari
valeat, nisi ejus insaniam cessare vero
similis ratio suadeat. Porro hunc tra-
ctatum Polus durantibus comitiis, in
quibus Julius III. Anno Domini mille-
simo quingentesimo quinquagesimo fuit
electus, elucubravit.

C 2

Ex-

Ecclesiæ Caput tam quoad honoris, & digni-
tatis Primatum, quam quoad Jurisdictionis
prærogativam appellabat, ad agnoscendam
Papæ auctoritatem adeo limitatam induxisset:
consultius igitur egisset Continuator, si in-
tra modestiæ limites se continens fassus fuisset,
quod Reginaldus Polus, etsi Gallicanæ Eccle-
siæ sententias sibi sat compertas habuisset, ab
avita tamen Universalis Ecclesiæ doctrina
circa hoc argumentum recedere non voluerit.

Sæcul. XV.
A.C. 1558.

Sæcul. XVI. Exstat adhuc alius ejusdem Scri-
A.C. 1558. ptoris tractatus de Conciliis, quem cir-
 ca idem argumentum, ac juxta eadem
 principia eo tempore composuerat, quo
 Legatus ad Synodum Tridentinam de-
 cernebatur; hac enim occasione usus
 hunc librum ad ambos suos Socios
 trans mittebat, ut illos hac super re sana
 instrueret doctrina; cumque hoc idem
 Concilium esset Oecumenicum, hinc de
 hoc argumento prolixius agebat, iis-
 dem innixus principiis, quæ circa Vi-
 cariam D. Petri potestatem, ejus Suc-
 cessores, istorumque auctoritatem in
 Conciliis mox retulimus. Insuper affir-
 mat, quod cuncta, quæ Prophetæ de
 Jerusalem enuntiarunt, in Romana Ec-
 clesia fuerint adimpleta, & sicut omnes
 Judæi ad orandum & sacrificia offerenda
 in Jerusalem venire jubebantur, ita
 etiam omnes Ecclesiæ quoad doctrinæ
 Capita sese Romanæ Ecclesiæ sub jicere
 teneantur. Postea argumenta in Tri-
 dentino Concilio agitata proponit, in-
 ter quæ hæresum extirpationem, disci-
 plinæ Ecclesiasticæ restaurationem, ac
 firmæ pacis inter Christianos Principes
 revocationem enumerat: Ut vero hæc
 tria ad optatum exitum perducantur,
 summopere petit, ut summus Pontifex,
 Episcopi, atque Imperator ad Christi
 Domini exemplum peccata hominum
 suis

fuis humeris imponant, & pro iis preces fundant, dum humili corde sua peccata tam coram Deo, quam hominibus confitentur, eaque per sinceram, omnibusque notam pœnitentiam expiant. Postmodum Legatis fociis suis auctor est, ut præcipuam spem, ac fiduciam in oratione reponant, hacque in re Daniele mimentur. Ceterum Polus in hoc tractatu tanquam verum supponit Constantini Baptismum, & donationem per eundem Imperatorem Pontifici factam, hinc ex hisce pietatis Christianæ testimoniis, quæ antiquissima existimat, a Modernis vero tanquam falsa habentur, suam sententiam corroborat. (*)

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

C 3

Jam

(*) Exstat hic Poli tractatus de Concilio, necnon alius de Constantini Baptismo in Collectione Conciliorum P. Labbæi tom. 14. pag. 1665. & seq. & p. 1727. An vero ex Modernorum crisi utriusque hujus facti falsitas sit aperte demonstrata, aliorum judicio relinquimus: interim id omnino certum est, quod potissima illorum argumenta soli negationi innitantur, adversæ autem rationes ab illis haud solide confutentur: verum hodie jam usus obtinuit, quod ea, quæ novitatem sapiunt, tanquam verissima deprædicentur, vetera autem tanquam obsoleta a sciolis respuantur.

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

Lab. Coll.
Conc. t. 14.
p. 1733.

Vit. Hist.
de divort.
Henr. VIII.
Le Grand
t. 1. p. 289.

Jam ad annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum quintum mentionem fecimus de quadam collectione statutorum, quæ Cardinalis Polus tanquam Legatus a Latere in Anglia conscripserat, ac Mense Februario Anno reparatæ Salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto publici juris fecerat, in quo Zelum suorum Prædecessorum Ottonis, & Othobonitidem Sedis Apostolicæ Legatorum imitatus, eorum Constitutiones innovabat. Pariter Polus epistolam ad Cranmerum, dum Oxoniæ in carcere detinebatur, circa Præsentiam realem verbis oppido gravibus scripsit: alium insuper sermonem contra falsos Evangelii Ministros edidit, quem Anno Salvatoris nostri quingentesimo quinquagesimo quarto supra millesimum typis impressum Carolo V. Imperatori nuncupabat. Concinnabat etiam, ut supra meminimus, Apologiam contra Paulum IV. dum hic Pontifex eundem Apostolici in Anglia Legati munere exuebat, ejusque in locum Petyum nominabat: verum hoc ipsum scriptum Polus ob rationes nuper allegatas in ignem projecit: quædam tamen illius exempla adhucdum extare referunt nonnulli. Denique posteritati reliquit quasdam epistolas, quibus illos, qui pertinacius suis erroribus inhæ-

inhæ

inhærebant, ad resipiscendum admonebat, eos vero, qui sese ab Ecclesia, vel ex inconsulta temeritate, aut ex iniquis humanæ prudentiæ rationibus, vel etiam ex ignavo privatæ utilitatis studio segregarunt, ad Ecclesiæ finum revocare nitebatur. Ceterum ejus vitam idiomate Italico conscripsit Ludovicus Beccatellus Episcopus Ragusinus, eamque latine reddidit Andreas Duditi-
 us Sbardellatus, Episcopus Tininensis in Hungaria.

§. XXI,

Aloysius Priulus a Polo hæres nominatus.

Porro idem Cardinalis paulo ante suum obitum, seu die quarta Octobris testamento condito Aloysium Priulum Patritium Venetum omnium bonorum suorum hæredem scripsit, nam hunc veteri, arctaque amicitia per viginti sex annos sibi junctum in familiaritatem adsciverat, a quo tempore ille a Poli latere nunquam discessit, nec inde ullis conditionibus avelli potuit, ne tum quidem, cum a Julio III., ut in sacrum Collegium adlegi vellet, urgeretur; ipse enim hac dignitate admodum conspicua potius privari, quam a Poli consortio avelli voluit. Hic idem Nobilis Venetus, qui jam antea Polo Cardinali

C 4

ex

Sæcul. XVI

A.C.:558

Sæcul. XVI.
A. C. 1558. ex Anglia discedere coacto cuncta necessaria liberaliter suppeditabat, in eodem regno cum Amico suo vivere, ac mori decreverat; quod autem Polo nullatenus ex proprii quæstus studio adhæserit, sat elucet ex eo, quod generoso animo post Amici sui obitum, hæreditatem sibi delatam recusaverit, ejus tamen testamentum præcipua diligentia atque integritate executus est, solidosque viginti menses, quibus Polo superstes fuit, in colligendis ejus rebus huc illuc dispersis, & summa fide distribuendis consumpsit: insuper cuncta pia legata in Testamenti tabulis conscripta exacte persolvit, atque ex residuis bonis eleemosynas in pauperes erogavit, quin sibi quicquam præter defuncti Cardinalis Breviarium, atque ejusdem diurnale reservasset. Ceterum Polus haud adeo dives obierat; vixerat enim semper a temporalium bonorum cura, & humanarum dignitatum cupiditate admodum alienus.

§. XXII.

Pontifex circa Anglici Sceptri successorem Romæ sollicitus.

Pallav. hist.
Conc. Trid.
l. 14 c. 8.
n. 1. & 2. Interea nuntius de Reginæ Angliæ, ac Cardinalis Poli obitu die vigesima secunda Decembris Romam deferebatur, cum autem in Angliæ Regno Religio non

nondum tam altas egisset radices, ut ^{Sæc XVI.}
 longæva illius conservatio sperari posset, ^{A. C. 1558.}
 hinc summus Pontifex de hujus sceptri
 successore anxii omnino curis agitaba-
 tur: nam duæ fœminæ ad regni suc-
 cessionem adspirabant earumque prima
 erat Elisabetha, quæ non nisi post Ma-
 riam ab Henrico VIII. & Anna Bo-
 lena, die octava Septembris Anno
 Christi millesimo quingentesimo tri-
 gesimo quinto primam lucem aspexe-
 rat. Porro Elisabetha in diuturno
 carcere prius detinebatur, & dece-
 dente Maria, in Harfordiæ Comi-
 tis arce duorum dierum itinere Londino
 dissita, quam ipsamet sibi tanquam asyli
 locum selegerat, veluti exilio multata
 morabatur, quantumvis vero sese Ca-
 tholicæ Religioni addictam nefarie si-
 mularet, haud tamen ignotum erat,
 quod Protestantium hæreses in animo
 suo foveret, quinimo erroneas suas opi-
 niones adeo dextere occultare haud
 poterat, quin non persæpe animum
 suum ad novam doctrinam sat propen-
 sum exterius proderet: eapropter Mi-
 nistrorum nonnulli Mariæ Reginae sæ-
 pius suggerebant, quod illam e medio
 tollere, consultum foret. Altera, quæ
 Anglicæ coronæ hæreditatem sibi polli-
 cebatur, erat Maria Scotiæ Regina,
 Margarithæ Filia, ac Henrici VIII. So-

Sæcul. XVI. A.C. 1558
 ror natu major, quæ nuperrime Fran-
 ciæ Delphino nupserat. His duabus
 forte etiam tertia accenferi posset Fran-
 cifca Suffolciæ Duciffa, quæ, cum Ma-
 riæ filia, ac fecundo genita Henrici VIII.
 Soror effet, regni diadema fibi deberi
 contendebat.

§. XXIII.

*Anglorum rationes præferendi Eli-
sabetham.*

*Burnet hist.
de la ref.
t. 3. l. 3.*

Senatus adhucdum erat congregatus
 & comperto Mariæ obitu confestim
 illorum jura, qui defunctæ succedere
 possent, discutere aggrediebatur: cum
 autem Henricus VIII. crebris suis di-
 vortiis, necnon Regii Senatus decretis,
 quorum unum alteri adversabatur, hanc
 rem omnino intricatam reddidisset, hinc
 plurima emergebant obstacula: nihilo-
 minus Senatores soli illi insistebant de-
 creto, vi cujus Henrico Successorum
 ordinem pro suo arbitrio decernendi fa-
 cultas relinquebatur: cum ergo hic Eli-
 sabetham Mariæ ejus Sorori prætulisset,
 quamvis utraque ex adulterino complexu
 procreata declararetur, ea tamen Hen-
 rici dispositio jam sufficiens credebatur,
 ut Elisabethæ jus, quod ipsemet Sena-
 tus haud amplius revocare posset, at-
 tribueretur: aliunde vero Scotiæ Re-
 gina, quamvis ex Henrici VIII. testa-
 mento

mento itidem inter Regni Successores
fuiſſet numerata, quia tamen Del-
phino, proximo Francici Regni hæ-
redi nupſerat, hinc timebatur, ne in-
ſuper Anglico diademate auſta hoc Re-
gnum Franciæ imperio ſubjiceret, at-
que obnoxium redderet. Hac ex ra-
tione Maria a Regni ſucceſſione exclu-
debatur, adeo, ut Curiaſe ſuperioris
Senatores Elifabetham nominare a
cunctis hiſce cauſis permoverentur. (*)

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

§. XXIV.

(*) Hanc in rem Sanderus libro ſecundo
de ſchiſmate Anglico parte 2. fol. mihi 265.
hæc habet: *Licet Henricus anno trigeſimo
quinto Regni ſui, impetrata poteſtate ab Or-
dinibus nominandi ſucceſſores ſuos, voluerit
etiam Elifabetham habere in ordine regnandi
locum, quod & illorum comitiorum decreto
approbati fecit (ex quo ſolo parlamentario
ediſto, & nullo natiuitatis jure iſta & poſtea
adepta imperium, & ita in hunc diem tenet)
nec tamen ab Henrico Patre, nec a ſe ipſa
ullo ſtatuum decreto, aut Matris cum Patre
conjunctio, aut natales ipſius fuerunt unquam
poſtea approbati, aut facti legitimi, quin &
Ordines primo anno Reginæ Mariæ, lege
perpetua approbarunt conjugium Henrici cum
Catharina, & prolem ex eo genitam, omni
divino, & humano jure legitimam fuiſſe de-
clara-*

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

§. XXIV.

*Elisabetha in Angliæ Reginam
salutata.*

*Sanderus
de schism.
l. 2. in finem.
Raynald.
hoc ann.
n. 12. & 12.*

Postea convocata Communium Curia Cancellarius omnibus Senatoribus una congregatis hæc exposuit: „Abs „dubio Angliæ regnum summam habe- „ret Mariæ Reginæ fuæ jacturam de- „plorandi caussam, nisi pro illius regi- „mine Princeps superstes esset omnino „ad rotandum sceptrum idonea, eaque haud

clararunt, omnia contraria acta, processus, & sententias abrogantes, ut proinde alteræ cum Anna, Catharina adhuc superstite, veræ nuptiæ esse non potuerint, nec ex illis suscepta soboles legitima, aut Anglicani sceptri, secundum leges municipales, quæ spurios non admittunt, vel natura, vel ulla prærogativa capax esse, quod tamen Senatusconsultum nec ab ipsa Elisabetha rescissum est hætenus, quæ licet jus regnandi vendicet, Regnumque sibi deberi, ab omnibus in primis Regni sui Comitibus agnosci voluerit, nusquam tamen jus suum naturæ, sed parlamento prædicto adscribit: hoc præterea variis postea decretis cavens, ne quispiam sub poena capitis affirmet; non esse in potestate Principis, & Statuum positum, ut, quem velint, Regem designent. De Natalibus autem suis probandis, aut Reformandis nullus sermo, sed altissimum ubique Silentium.

„haud alia est, quam Elisabetha legi-
 „tima Regni hæres, cujus jura nequa-
 „quam in dubium vocare licet. Porro
 cum inferioris Curia Patres haud igno-
 rarent, quod Optimates, alique nobi-
 les illam tanquam Reginam proclamari
 vellent, hinc & ipsi ceteris annuebant,
 unde unanimis totius confessus vox re-
 sonabat, omnium uno ore exclaman-
 tium: *Vivat Regina Elisabetha, cui Deus*
det multos annos, ac faustum, felixque
Regimen? Elisabetha de hoc Senatus
 decreto certior facta die nona Novem-
 bris Hatfeldia discessit, eamque comi-
 tabantur Arundelius Comes, ceteri-
 que ex Regni Proceribus nobiliores, qui
 eam salutatum accurrentes Londinum
 unacum Regina venerunt. Eo tempore
 illa vigesimum quintum ætatis annum
 agebat, proin juxta Regni leges ad re-
 rum administrationem idonea erat. Illa
 cum propius adventaret, populus omni
 ex parte ad urbes, quas pertransibat,
 turmatim confluebat, illamque festivis
 acclamationibus excipiebat, adeo, ut
 illa potius triumphantis, quam itine-
 rantis more ingressum celebrare vide-
 retur: Vespere autem ejusdem diei in
 Comitum Arundelii arce, ubi quondam
 Carthusianorum cœnobium erat, per-
 noctavit, atque altera die ad Londinen-
 sem turrim pervenit, eamque Clerus,
 qui

Sæcul. XVI.

A. C. 1558.

Sæcul. XVI. qui instructo ordine unacum Cruce præcedebat, usque ad Aulæ Sacellum comitabatur, ubi decantato Ambrosiano hymno non sine magno pietatis sensu interfuit; jam enim tum simulato exteriori Religionis cultu Catholicos decipere incipiebat.

§. XXV.

Witthalam delata, ac Mariæ exequiis assistens.

Burnet ref. tom. 2. i. 5. p. 554. Postquam decem omnino dies in Londinenſi turri pro more tranſegerat, ultima die Novembris ad Witthalenſe Palatium equo vecta, ac magnifice ornata ſub nobiliſſimo Procerum comitatu contendebat. Porro equo incedere deſiderabat, non modo ut ſplendidas ſuas veſtes totius populi conſpectui exponeret, ſed etiam ut eo commodius cunctos catervatim confluentes aſpicere, eosque ſalutare valeret. Inſuper magis adhuc populi affectum ſibi quadam innata ſermonis affabilitate conciliabat, qua etiam cunctorum, quos ſuo alloquio dignabatur, venerationem, amoremque ſibi devinciebat; cum enim ingenii acie, ac judicii maturitate plurimum polleret, probe proſpexerat, quod populi ſui favor oppido ſibi eſſet neceſſarius, ac firmiſſimum ſolii fulcrum in eo conſiſteret. Demum Witthalam delata

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

delata equum, quo vehebatur, Arundelio Comiti tradidit, qui descendente Regina stapedem tenebat. Altera die, quæ erat tertia decembris, pullam vestem induta exequiis pro Regina Sorore sua Westmonasterii celebratis interfuit, cum autem ille, qui defunctæ oratione funebri parentabat, vehementer in Protestantes inveheretur, nec etiam recens nominatæ Reginæ parceret, hinc domi se continere jubebatur, donec Senatus haberetur, qui etiam die vigesima quinta Januarii anno sequenti convocatus fuit.

§. XXVI.

Legati ad varias Aulas a Regina decreti.

Peractis hisce solemnibus Regina officiosas de obtento regimine gratulationes excipiebat, mox vero primas eocuras intendit, ut ad præcipuos Europæ Principes suos decerneret Legatos, necnon Regiminis mutationem in Anglia nuper factam eisdem nuntiaret. Præprimis ergo Nobilem Cobhamum ad Philippum II. destinabat; hunc enim Regem amicitia sibi devinctum censebat, quinimo pace nondum firmata sibi pro bello adversus Gallos armorum societate conjunctum habebat: Chalonerum autem misit ad Cæsaris Aulam, & Hovar-

*Pallav. l. 14.**c. 83. n. 2.**§ 3.**Cambdem in**ann. 1. p.**Regni Elis.**Spond. ann.**1559. n. 5.*

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

Hovardum Effinghamum adjunxit Thirlebio Heliensi Episcopo, necnon Wortonno Doctore, qui pro concilianda pace plenam habebant agendi facultatem. In Germaniam denique ablegabatur Killegrevus, qui Protestantes de Regina benevolentia certos redderet: Karneus vero, qui post Eduardi VI. obitum Angliæ negotia Romæ continuo subsistens procurabat, Mariæ mortem, atque Elisabethæ electionem summo Pontifici significare jussus erat, facta pollicitatione, quod nova Regina propter Religionem nulli unquam molestiam illatura esset. Ad hæc Pontifex respondisse fertur: „Elisabetha, cum illegitimo
 „ex thoro sit nata, in Angliæ Regno
 „succedere haud potest, nec ego ea,
 „quæ Clemens VII. & Paulus III. Prædecessores mei definierunt, impugnare valeo. Ceterum audaciam haud tolerandam sapit, quod Elisabetha Regina nomen, ac regni administrationem, cum necdum sacra Sedes id approbaret, assumpsit, eo quod tamen cum meis paternum in modum agere cupiam, sic etiam, dummodo illa juri suo, quod in Angliæ regnum obtendit, renuntiare non renuet, & arbitrio meo libere se permittet, id facturus sum, quod Sedis Apostolicæ dignitati consonum videbitur, haud tamen tolerare valeo

„valeat, quod ullo pacto labefactetur
 „auctoritas Christi Vicarii, ad quem
 „de illorum, qui ad coronas adspirant,
 „juribus disponere pertinet. (*)

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.

§. XXVII.

(*) Animus Continuatoris in Pontifices
 semper infensus luculenter ex hoc ipso loco pa-
 tescit; affert enim hoc Pontificis responsum, at-
 que illius testes allegat Pallavicinum, & Spon-
 danum, quorum tamen neuter tam arrogans
 recenset responsum: horum enim prior hæc
 duntaxat habet: *negavit Pontifex, posse sibi
 probari assumptionem Elisabethæ, quippe no-
 thæ, & quod ipsa fuisset assumpta absque Apo-
 stolice Sedis auctoritate: verumtamen ubi causam
 sibi commisissent, se illi indulturum, quid-
 quid sibi per jus liceret.*

Spondanus vero rem ita narrat: *Pontifex
 respondit, regnum Angliæ feudum esse Apo-
 stolice Sedis, nec potuisse ipsam, obstante maxime
 natalium impedimento, administrationem Regni
 inconsulta eadem Sede assumere; hortatus est
 illam, quo cuncta rite fierent, arbitratus suo
 se permittere, facta spe paterni erga ipsam
 animi.*

Jam observandum venit primo, quod Con-
 tinuator hoc responsum ex maledico suo Sarpio
 ad verbum descripserit, illum tamen, ne Lectori
 de illius falsitate suspicio esset, allegare non

Hist. Eccles. Tom. XLIII. D est

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

§. XXVII.

Elisabethæ Orator Roma excedere
jussus.Burnet l. 3.
p. 555.

Postmodum Regina comperto summi Pontificis responso quantocius quemdam Nuntium ad Karneum ablegat, dato negotio, ut protinus Roma excederet. Verum Pontifex illius discessum prohibens, si Romæ permanere vellet, cujusdam Xenodochii administrationem eidem offerebat: Cum ergo Karneus magis Catholicæ Religionis studiosus, quam carnis prudentia imbutus esset, atque aliunde haud ignoraret, quod Religio in Anglia multis mutationibus subjicienda foret, hinc liberalem Pontificis pollicitationem acceptans haud amplius in Angliam revertebatur. Ceterum hæc agendi ratio in summo Pontifice valde fugillatur, & forte, si minus arroganter respondisset, grande Reli-

est ausus, quinimo, ut suum Magistrum malignitate superaret, ac Lectoribus suis odium in Pontifices inspiraret, perinde ac si ipsi per nefas coronas pro arbitrio distribuendi jus sibi arrogarent, hinc subdole hæc Pontificis verba: *Regnum Angliæ feudum est Sedis Apostolicæ*, omisit: illa vero, quæ nequidem in Sarpio habentur, *haud tamen tolerare &c.* ex suo cerebro adjecit.

Religioni obsequium præstitisset, quin Sæc. XVI.
A.C. 1558.
 imo potissimæ parti malorum, quæ sub
 novo regimine fides orthodoxa sub-
 ire cogebatur, præcavisset; quippe E-
 lisabetha in postremis curis habebat,
 cui Religioni nomen adjiceret, dum-
 modo sceptrum secure possideret: cum
 autem intelligeret, quod Romana Cu-
 ria elatius loqueretur, illamque etiam
 ex illegitimo complexu natam declara-
 ret, atque peteret, ut jurium suorum de-
 cisionem Sedis Apostolicæ judicio com-
 mitteret, hinc sibi nil ultra a Pontifi-
 ce sperandum putabat, atque maxime
 ad tuendam coronam sibi nuper impo-
 sitam conducere censebat, si palam se Pro-
 testantium sectæ adhærere profiteretur,
 necnon Romanæ Curix, & Pontifi-
 cis hostem sese declararet. Id etiam
 exequabatur, quamprimum ea, quæ
 Paulus IV. responderat, per Karnei li-
 teras edocta fuerat, mox enim exclamabat:
 „Pontifex omnia perdere vult,
 „certo certius eo fine, ut omnia sibi ven-
 „dicare valeat. „ (*)

Interea

(*) Excusat Spondanus ad annum 1559. n. 5.
 summum Pontificem, & Pallavicinus quoque
 Paulum arguit Sarpium, qui ex responso Pontifi-
 cis hæresin profitendi ansam ab Elisabetha fuisse
 captatam falso asserit, Continuator tamen,
 D 2 quam-

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Interea Hispaniæ Rex novam Regi-
nam sibi desponsandi consilium non-
dum abjecerat, quapropter, ut quem-
cunque alium æmulum sibi forte
permo-

quamvis utriusque hujus Scriptoris rationes
ignorare haud potuerit, maluit suum Sarpium
sequi; quapropter haud abs re erit, Pallavici-
ni verba huc adducere: *Huic Pauli IV. in-
quit, duritiei imputant multi scriptores, quos
sequitur Suavis, quod Elisabetha dissimulatio-
nem suam profitendæ hæresis abjiceret, adeoque
illius Regni jacturam: ex adverso sapienter
considerat Spondanus, dubitari quidem posse,
rigidum, imperiosumque Pauli modum auctori-
tate nimia, verborumque magnificentia peccasse;
sed in re statuenda, unde opus ipsum pendebat,
Pontifici aliter se gerere haud licuisse. Imprimis
id ab eo jus postulabat: Etenim Henricus
Rex Paulum jam antea pro jure Mariæ ad-
ministrando compellaverat, quæ revera hæres
legitima fuerat, posita Clementis VII. senten-
tia adversus Bolente nuptias, quas etiam irri-
tas Anglorum Ordines Maria regnante decla-
raverant. Præterea satis patebat, eam officio-
rum suavitatem ab Elisabetha fuisse adhibitam
quasi soporiferam potionem, ad Pontificem tan-
tisper hebetandum, dum ipsa suam sibi potestatem
confirmasset, postea vero fidentius ea se
jarva spoliatum iri, qua ipsam convelaverat*
metus

permolestum præveniret, sui que regni Sæcul. XVI.
A.C. 1558.
fines latius extenderet, ad Feriam Comitem tum Londini agentem literas dedit, eidemque injunxit, ut hæc nuptias

metus imperantis Sororis, quamquam in præsentia deponi vetabat ambitio inter incerta novi Principatus primordia; cum cæteroqui constaret, in Elisabetha fuisse deprehensum sub Eduardo Rege animum faventem hæresi; in quam etiam & suus, & Matris honor ipsam trahebat, cum ex Doctrina Catholica probrum existeret, alteri ceu nothæ, alteri ceu meretrici; quapropter tum æquitas, tum dignitas, tum prudentia commonebant, ut festinanter obsisteretur Elisabethæ, nec foveretur anguis adhuc frigesceus, suppeditatis illi viribus ad mordendum, pari postea manaturo ex ignavia damno, atque dedecore: jam vero de singulari novæ Reginæ prudentia, quam Suavis concelebrat, collaudato consilio, modoque hæreseos restituendæ, si hoc intelligit de tyrannica quadam prudentia, quæ in privatam tantummodo dominantis utilitatem intendit, nolo equidem disputare, quamquam fortasse in eo etiam fortunæ magis ope, quam solertia usa fuerit; sin autem de prudentia politica loquitur, quæ populorum quietem, felicitatemque hujusce vitæ respiciat, in comperto nunc est, cujusmodi ea fuerit prudentia, ex præsentis illius Regni statu.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

ptias Elisabethæ proponeret. Equidem Regina Comitem de Principis sui voluntate differentem perbenigne excipiebat, eidemque ingentem, qua erga Hispaniæ Regem ferretur, venerationem testabatur, subjunxit tamen, quod affinitatis vinculum se inter, & illum hujus consilii successui tantopere obstaret, ut illud facile dissolvi posse haud crederet. Attamen Legatus, cum hæc sibi objici prævideret, respondit: „Regis mei erit, hujus nodi dissolutionem „petere, nec ei difficile erit, legis gratiam ad perficiendum hoc negotium „necessariam a summo Pontifice obtinere.„ Ad hæc verba obmutuit Regina, nec etiam arcana mentis suæ consilia aperiens multis benevolentiae signis Feriam Comitem cumulabat, eumque valere jubebat. Verum tribus ex causis Elisabetha a connubio sibi proposito absterrebat, earumque prima erat, quod hoc matrimonium legi Divinæ adversari crederet, unde ex Patris sui facto, quid sibi in pari eventu agendum, didicerat. II. Ejusmodi connubium omnino oppositum sciebat suo consilio, quo palam Protestantium hæresin profiteri, eamque rursus in Angliam invahere statuerat. III. Denique, si hac Pontificis dispensatione uti, ejusque beneficio freta Sororio suo nubere vellet,

vellet, hac agendi ratione Patris sui divortium a Catharina Arragonia omnino nullum fuisse agnosceret, proin se ex adulterio susceptam fateretur; si enim Paulo IV. ejusmodi gratiam concedendi jus suffragaretur, ipsemet etiam Julius II. Henrico VIII. ad ducendam Catharinam hanc dispensationem imperitari potuit, ex quo inferre omnino necesse erit, quod secundæ nuptiæ Henrici Regis cum Anna Bolena penitus nullæ fuerint. (*). Porro altera ex parte Elisabeta validissimis urgebatur rationibus, ut Hispaniæ Regis amicitiam conservaret; eidem enim vitæ suæ dies

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

in

(*) Hanc in rem Spondanus l. c. hæc subjungit: *Præter hæc obstitisse dicitur utrarumque nuptiarum votis deliberatissimum Elisabethæ propositum, seu etiam jusjurandum, quo se in Regni inauguratione obligavit, Principi externo non nupturam: quinimo nec unquam nubere voluisse dicitur, vel ut ejus Regni viros principes nuptiarum spe semper sibi obnoxios retineret; vel ne, si nuberet, mariti æmulis de jure Regni disceptandi occasionem daret. Nisi insuper ea forte potissima intercesserit causa, quam nos sæpius ea vivente a diversis audivimus, quod arcta esset, & viri non capax, nec huic naturali impedimento remedium adhiberi posset absque evidenti vitæ periculo.*

D 4

Sæenl. XVI.
A.C. 1558.
in acceptis referre tenebatur, insuper
fibi fat compertum habebat, quod Gal-
liarum Rex illam Romæ tanquam spu-
riam declarari, totis viribus niteretur,
eo fine, ut Angliæ Regnum ad Sco-
tiæ Reginam devolveretur. Denique
cum Gallis, Scotisque bello implicita
nullum alium Principem præter Philip-
pum Regem armorum societate sibi jun-
ctum habebat: quapropter hujus Prin-
cipis benevolentiam sibi certam redde-
re, e re sua erat, ut tamen haud ulte-
rius ab eo ad ineundum matrimo-
nium sollicitaretur, novam in Anglia
reformationem inducere festinabat, pro-
be enim prospexerat, quod Philippus il-
lam, si regnum suum hæresis veneno in-
fectura esset, importunis precibus fati-
gare desisteret.

§. XXVIII.

*Comitia pro Ferdinando in Cæsarem
agnoscendo Francofordiæ ce-
lebrata.*

Thuan. hist.
l. 21.
Heiff. hist. de
l'Emp. l. 3.
p. 410.
Interea die vigesima quarta Februarii
Sancto Matthiæ sacra hoc anno Fran-
cofordiæ in Germania celebrabantur
S. R. Imperii comitia, ut in iis Ferdi-
nandus Romanorum Rex tanquam Im-
perator salutaretur; ab eo enim tempo-
re, quo Carolus V. ejusdem frater in
illius

illius favorem sese Imperio abdicaverat, nondum ut Cæsar agnoscebatur. Itaque Arausiacæ Princeps, Seldus, & Hallerus Caroli V. Oratores præstituta die secum deferentes cessionis diploma ad hæc comitia venerunt, atque una omnes circa illud per plures dies deliberarunt, tandemque communi omnium consensu hanc abdicationem ratam habuerunt: Itaque ex omnium sententia die decima quarta Martii Ferdinandum in Cæsarem inaugurari curarunt. Erigebatur ergo in medio fori majoris tentorium, ad quod per gradus ascendebatur, eratque illud stragulis, ac tapetibus aureis, & holosericis instructum, quo Ferdinandus die condita imperialibus ornamentis amictus comparuit, folioque præparato consedit. Postea omnes S.R.I. Electores, cum magna equitum turba stipati, & prælatis de more vexillis ter circum Imperatoriam sellam equitassent, inter magnos tubicinum clangores interea concinentes, una omnes equis defiliunt, ordineque suo sedentem Cæsarem adeunt, & in genua provoluti jurejurando fidem, obsequiumque addicunt.

§. XXIX.

Legatus a Ferdinando in Cæsarem electo ad Papam decretus.

D 5

Per-

Sæc. XVI.
A.C 1558.

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

Thuan. l. c.

Peractis omnibus hisce solemnibus recens electus Cæsar ad Carolum V. fratrem suum perscripsit, gratiisque actis Philippum sibi, & Imperii Ordinibus percarum fore, ac eum commendatum æque, ut proprios filios, habiturum pollicetur. Mox etiam ad Cameræ Spirensis iudices dedit literas, & quid actum sit, denuntiavit, atque, ut in iudiciali munere vice, & auctoritate sua fungantur, mandavit, potestate facta, ut Caroli V. sigillo, quod habebant, utantur, donec novum transmittatur. Conventu postea dimisso Cæsar secundo Danubio Viennam venit, ubi maxima suorum Ordinum gratulatione, ac jubilo exceptus est.

Eo tempore Ferdinandus quinquagesimum quintum ætatis suæ annum agebat: Ut vero erga Sedem Romanam officio consueto filialem observantiam suam testaretur, Martinum Gusmanum supremum Camerarium ad Pontificem Romam mittit, qui eundem de Caroli V. fratris abdicatione, & sua in Cæsarem inauguratione plenius edoceret, ipsumque jam Romanorum Regem creatum esse significaret, simulque Papam certiore faceret, novum Cæsarem erga Pontificem, & Sacram Sedem eo animo affectum, quo ipsius Majores Ecclesiæ Romanæ, & omnium aliarum præcipui

pui patroni, tutores, ac defensores durissimis etiam temporibus extitissent. His Legatus addere jubebatur, non prætermisurum Cæsarem, ut primo quoque tempore pro veteri, ac recepto more de coronatione sua honorificam legationem ad Pontificem, ac Sanctam Sedem adornaturus esset.

§. XXX.

Papa Cæsaris Legatum excipere tergiversatus.

Quamvis summus Pontifex hanc novi Cæsaris observantiam, necnon filialis obsequii testificationem summopere gratam habere crederetur, ille tamen ob recentes cum Austriaca Domo similitates nondum postremis concordiae pactis plene compositas Cæsaris legatum adeo non benigne excepit, ut etiam illum ad alloquium admittere renueret: contendebat enim Pontifex, quod Imperii abdicatio in Ferdinandi favorem facta haud subsisteret, cum inscia, ac prius haud consultata Sede Apostolica fuisset firmata, ac proin Imperium non nisi a die, qua Carolus V. obiisset, vacare censeretur; quamvis enim Ferdinandus in Romanorum Regem fuisset electus, ejusque electio a Clemente VII. confirmata, suo tamen fratri nonnisi eodem fati functo succedere potuisse in-

quie-

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

Thuan. l. c.
Spond. n. 3.
Pallav. l. 14.
c. 6. n. 5.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

quiebat Pontifex, cum reliqui duo succedendi modi, qui vel per cessionem, vel exauctorationem fiunt, unice a Sacra Sede dependeant, atque in utroque eventu Cæsarem nominandi jus ad solum Pontificem devolvatur. Hoc quoque Papa in publico Senatu ad id celebrato proposuit Cardinalibus, qui Pontifici penitus addicti, ac non minus ampliandæ auctoritatis studiosi sic respondebant: „necessitas suadet, ut publicis documentis demonstretur, quomodo per abdicationem, sive cessionem Caroli Imperatoria dignitas vacaverit, & quonam jure Ferdinandus in eam successerit: interea non debet admitti ipsius Orator, antequam constet, an Carolus V. legitime dignitate solutus sit, ut Frater ejus, qui successit, legitime successisse dici possit.”

§. XXXI.

Cæsaris abdicatio Romæ in controversiam vocata.

Pallav. c. 6. n. 6. His insuper addebant Cardinales: „ea, quæ Francofordiæ gesta fuere, nullius sunt momenti, cum non inter-
Thuan. l. 21. n. 3. venerit in iis auctoritas Sanctæ Sedis, & Christi Vicarii, cui claves cœlestis, ac terreni Imperii creditæ sunt, sine quibus nec Carolus legitime Imperio

„perio solutus, nec Ferdinandus recte
„in illo successisse dici potest; nam
„quamvis Ferdinandus olim Rex Ro-
„manorum Coloniae creatus fuerit,
„hancque electionem Clemens VII. ra-
„tam habuerit, ut tamen succedat, ne-
„cesse est, quod vacet Imperium, quod
„non nisi morte, abdicatione, aut privatio-
„ne fieri potest: quæ duo postrema
„ad solum Pontificem, Sanctamque Se-
„dem, nec ad quemcunque alium per-
„tinent. „

Verum hac in re non nisi ea, quæ
jam antea Pontifex edixerat, repete-
bant; postea vero ita prosequerantur:
„adhuc alia subest ratio, cur omnia Fran-
„cofordiæ acta rescindi debeant, eo quod
„ab hominibus pravitate hæretica in-
„fectis gesta sint, qui omnem auctorita-
„tem, & potestatem amiserunt, quam ha-
„bebant, dum nondum a Romana Ec-
„clesia defecerant. Hanc ob caus-
„sam, ad purgandum se iudicio si-
„stat Ferdinandus, pœnitentiam agat,
„nec dubitet, quin veniam a Patre o-
„mnium mitissimo, ac bonitatis pleno
„facile consecuturus sit. Itaque Romam
„mittat procuratorem ampla, ac plena
„agendi facultate instructum, ut decla-
„retur, ea omnia, quæ Francofordiæ
„acta sunt, nullius momenti esse, rem-
„que omnem Pontificis arbitrio permit-
„tendam

Sæcul. XVI.

A.C. 1558.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

„tendam, ut is inaugurationem, quam-
„vis non rite factam plena potestate
„confirmet: insuper mandatum Caroli,
„quo Imperium abdicavit, coram Pontifi-
„ce produci oportet. „

§. XXXII.

*Commendoni libellus pro vindicandis
Papæ juribus.*

Spond. hoc
ann. n. 8.
Pallav. l. 14.
c. 6. n. 8.

Posthæc Commendonus, qui postea pur-
pura donabatur, edito libello de-
monstrare nitebatur, quod S. R. I. Ele-
ctores emergente mortis eventu Cæsa-
rem eligendi potestatem haberent, mini-
me vero in ultroneæ abdicationis ca-
su eadem gauderent, ut proin Caroli
cessio, atque Ferdinandi electio in illius
locum facta omnino non valeret, eo-
quod absque ulla Sacræ Sedis au-
ctoritate a solis Electoribus, potissima
ex parte hæreticis, qui tamen hac ipsa
ex ratione omni potestate, & auctorita-
te exciderunt, attentata fuisset. Cetera
Commendoni verba iisdem, quas Car-
dinales producebant, rationibus innite-
bantur; quapropter Paulus IV. in quo-
dam privato, atque secreto colloquio i-
psi Gusmano hæc respondit: cum Ca-
rolus apud nullum alium, quam Christi
Vicarium Cæsareæ dignitati cedere, nec
Ferdinandus eam citra Sedis Apostoli-
cæ

cæ consensum acceptare potuerit, hinc Sæcul. XVI.
A.C. 1558.
intra tres Menses iis, quæ a Cardina-
libus proposita sint, satisfaciat.

Equidem Gusmanus reposuit: „Ca-
„rolus per suam Imperii abdicationem
„unice subditis suis debitæ obedientiæ
„fidem ultronee remisit, ut proin illa
„eos respiciat, qui antea hujus obsequii
„vinculo adstricti erant: cum autem
„Cæsares eligendi jus per Imperii Or-
„dines devolutum, ac translatum sit ad
„S. R. I. Electores, Carolus Cæsar hoc
„idem Imperium cedere haud potuit,
„nisi consentientibus iisdem Electoribus,
„cum hi legitimo, ac perpetuo jure to-
„tius Imperii corpus repræsentent. „
Verum insuperhabitis omnibus, quas
Legatus proposuerat, rationibus, Pon-
tifex adeo flecti non poterat, ut suæ e-
tiam opinioni immoreretur (*).

§. XXXIII.

(*) Hanc rationem a Legato fuisse propo-
sitam, nec Spondanus, nec Pallavicinus, quos
Continuator allegat, referunt, quapropter hic
idem pro more suo historiam, atque illius ævi
gesta ad sui temporis genium accommodans,
fingit, ea tum ab aliis fuisse dicta, quæ in
odium Pontificum suo, ac hodierno tempore
libere proferuntur, & quidem non sine mali-
tiæ compendio; quippe ex ejusmodi narratis
semper Pseudo-Politicis integrum est, jactata

Fleurbaey

Sæcul XVI.

A.C. 1558.

§. XXXIII.

*Legatus a Cæsare Roma evocatus.**Thuan. l. 21.**Heiff. p. 410.**Pallav. n. 10.*

Eodem tempore Philippus II. comper-
ta Pontificis repulsa Francisco Var-
gæ suo apud Venetos Oratori negotium
dabat, ut Romam contenderet, remque
suo nomine Paulo IV., & Cardinalibus
plurimum commendaret. Verum nec
benignius Pontifex hujus Oratoris, quam
antea Gusmani preces exceperat, quini-
mo Joannem quoque Figuerram Me-
diolani Governatorem Hispaniæ Re-
gis jussu hac ex causa Romam missum
Pontifex, cum illius adventum intelli-
geret, indignum in modum aditu in ur-
bem prohibebat, asserens, eum conje-
cto in carceres Nuntio Pontificio, ana-
themate irretitum esse. Attamen Fer-
dinandus, cum summi Pontificis ratio-
nes vanas, ac frivolas censeret, suo Le-
gato injunxit, ut nisi post triduum a Pa-
pa ad alloquium admitteretur, rebus
compositis Roma discederet, declaratio-
ne tamen prius facta, se, ut Pontifici
Cæsa-

Fleurii tanquam Historici omnibus numeris
absoluti auctoritate velut ex retroactæ æ-
tatis monumentis testatam facere Pontificum
arrogantiam, ambitionem, atque alienorum ju-
rium usurpationem. Verum prudens Lector
vide, cui fidas!

Cæsaris nomine juxta suorum Majorum morem filiale obsequium exhiberet, tanquam illius Legatum Romam fuisse decretum, inde vero, cum ibi nec admis-
sus, nec auditus fuerit, discedere esse coactum, ut de iis, quæ hoc in negotio gesta fuissent, certio-rem redderet Cæsarem, qui re cum S. R. I. Electoribus perpen-
sa id omnino facturum esset, quod Cæsareæ dignitati convenire videretur. Itaque Gusmanus postquam ea, quæ circa hanc declarationem exequi jussus erat, summo Pontifici significaverat, amicis suis valedicens Roma discessit.

Sæcul. XVI.

A. C. 1558.

Hæc ipsa Pauli IV. severitas Ferdinandum eo induxit, ut de Cæsarei solii sui firmitate sat certus pro accipienda a Pontifice corona, in Italiam proficisci haud ultra sollicitus esset. Equidem Carolus V. a Papa coronatus fuerat, ipse vero erat postremus inter illos Cæsares, qui sese huic solemnitati subiciebant: nam Ferdinandus sibi persuasum habebat, quod S. R. I. Electoribus in Cæsaris electionem consentientibus prisca hæc confirmationem emendicandi consuetudo, ac Romæ Imperialem coronam accipiendi mos non nisi inutilis, ac supervacanea esset solemnitas, quod Ferdinandi judicium, inquit quidam Historicus, postea ad omnes illius Successo-

Hist. Eccles. Tom. XLIII,

E res

Sæcul. XVI. res transisse, eorumque animis altius
 A.C. 1558. insedisse videtur (*).

§. XXXIV.

Caroli V. Imperatoris obitus.

Thuan. l. 21. n. 6. Ant. de Vera hist. de Charles V. Feruentibus hisce tumultibus, quibus magis adhuc Pontifex, quam Ferdinandus agitabatur, Carolus V. hoc anno die vigesima prima Septembris Divo Matthæo sacra, in suo ad sanctum Justum recessu obiit, postquam quinquagesimum octavum ætatis suæ annum, septemque Menses demptis tribus diebus expleverat; natus enim erat Anno Christi millesimo quingentesimo in die festo S. Matthiæ: Ceterum die ultima Mensis Augusti febris correptus, altera post die conscientiæ suæ maculas pœnitentiæ lavacro eluit, ac cum singulari pietatis affectu Sacra Synaxi refici voluit: cum autem malum magis, magisque ingravesceret, rursus superioris vitæ pecca-

(*) Quisnam, num Catholicus, vel hæreticus, num suspectæ, vel probatæ fidei Historicus fuerit, reticet Continuator, ne hujus reflexionis æquitas, vel iniquitas dignosci valeat: qua autem ratione adeo asseveranter de Ferdinando I. piissimo Cæsare asserere audeat, quod Romanam coronationem nonnisi inanem, & superfluum solemnitatem reputaverit, haud perspicere possumus.

peccata in sacro tribunali detexit, at- Sæcul. XVI.
A.C. 1558.
que altera jam vice cœlesti pane ani-
mam suam communivit: cumque vitæ
suæ finem instare cognosceret, omne
temporis momentum sedulo impendit,
ut sese ad postremam hanc luctam dis-
poneret; nam frequenter intimi dolo-
ris, ac pœnitentiæ affectus exerens
quandam Crucifixi imaginem, quam
per plures annos asservaverat, tenero
plexu venerabatur: tandem vero in
supremo vitæ articulo versatus circa ho-
ram secundam matutino tempore ani-
mam Deo reddidit. Hic fuit exitus
Caroli Imperatoris, qui anno regni sui
quadragésimo quarto, imperii vero tri-
gesimo octavo rebus humanis valedice-
re coactus est.

§. XXXV.

Indoles hujus Imperatoris.

Enimvero nullus huic Cæsari justum *Vera l. 6.*
denegare potest elogium, quod sibi
præclaris animi sui dotibus merito ven-
dicavit; licet nævo suo haud caruerit,
nam Princeps ecquidem erat humanæ
prudentiæ eminentia clarissimus, ad
grandia, & ardua molienda intrepidus,
sed facile in adversis fluctuans, qualem
sese cum Mauritio Duce, necnon in
E 2 sua

Sæcul. XVI sua Imperii abdicatione exhibebat. (*)
A.C. 1558. Ceterum Carolus immodice erat am-
bitio-

(*) Ægre quempiam alium Historicum præter Continuatores reperire est, qui gloriosissimum Cæsarem Carolum V. cui tamen a nemine ob præclaras ejusdem dotes promeritum elogium denegari posse ipse fatetur, minori laude honoravit, imo pudendis convitiis laceffit: qua enim ratione ostendere posset, quod in heroica Imperii sui abdicatione sese in adversis fluctuantem exhibuerit: si Continuator pro more suo Protestantes etiam Scriptores consulisset, ac secutus fuisset, facile ex Godelevæo, Landorpio, Hoffimano, aliisque legere potuisset elogia, quæ Augustissimus hic Cæsar ob gloriosam hanc abdicationem promeritus est; insuper ex Sandovalio in Historia vitæ Caroli V. p. 303. percipere valuisset, quod Carolus V. Imperium abdicandi propositum nequaquam ob animum in adversis fractum arripuerit, sed jam dudum animo conceperit, dum ob captum Franciscum I. Galliarum Regem, debellatos Principes Protestantes, ac creberrimas victorias prospera ubique utebatur fortuna: *Effectus*, inquit Sandoval l.c. *hic fuit rei priorem ante conceptæ; confessus quippe est Priori Guadalupensi, & dicto Martino de Angulo, adstante Joanne Regla, qui ipsi a Confessione, partem inter se, & conjugem Imperatricem, ut*
ambo

bitioni deditus, adeo, ut dominandi
 libidinem ipsi etiam Religioni, datæ-
 que fidei prætulerit. (*) Erat etiam
 E 3 corde

Sæcul. XVI.
 A. C. 1558.

ambo Monasterium ingrederentur: ipse quidem, ubi virorum populus: illa, ubi nonnisi mulieres devotæ; sed hac vivis erepta fidem implere non licuit, bellis quippe inevitabilibus, & in excidium Christianæ Religionis tendentibus propensionem sinceram moratis. Sic etiam idem pag. 321. Colloquium cum Francisco Borgia, qui relicto Gandiæ Ducatu, Jesuiticum Ordinem ingressus fuerat, referens, addit: sciscitatus post hæc Imperator, an idem recordetur, se ipsi anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo Monzoni confessum, sibi consilium Monasterium abdicatis Regnis ingrediendi: quod cum Franciscus affirmasset, asseveravit Cæsar, certo credi posse, se nemini illud unquam revelasse, quam ipsi, & adhuc alicui sæcularium.

(*) Qua ratione Carolum adeo ambitiosum, ac dominandi libidine inflatam depingere audent Continuator, quem tamen ipsum Imperii, ac Regnorum suorum dominatum ultro abjecisse ignorare haud potuit; Hi quidem Principes ultra modum ambitiosi, ac dominandi libidine accensi dicantur, qui per fas, nefasque ditionum suarum fines protendendi studio animati aliorum Principum Regna iniquis bellis invadunt, atque aliena rapiunt, non autem illi,

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

corde durus, flecti nescius, fastu, ac sui ipsius existimatione plenus: noverat tamen vitia sua dexterrime velare, ita, ut ad ea occultanda nonnunquam virtutes, quæ ejusmodi criminibus omnino erant oppositæ, exterius exercere simularet. Nihilominus non defunt Scriptores, qui Carolum omnibus Europæ Prin-

illi, qui etiam propria sponte sua abdicant, atque ejusmodi abdicationis propositum jam dudum foverunt, & exequi intenderunt: quo autem argumento probare posset Continuator, quod piissimus juxta, ac fidelissimus hic Imperator, vel unquam datam fidem ob dominandi libidinem violaverit, huicque vitio Religionem suam postposuerit. Quis unquam majori Religionis studio sese nascenti hæresi opposuit? quis ardentiori Zelo pertinaces gloriosis armis, immensisque belli sumptibus procurato etiam Generali Concilio Novatores ad veritatis semitam reducere satagebat, & certo certius etiam penitus coercuisset, nisi a Principibus etiam Catholicis, qui cum Protestantibus, imo & Turcis fœdera contra ipsum sanxerunt, fuisset præpeditus? cesset igitur Continuator dolorem suum ob iteratas gentis suæ clades, & captivitates alienæ gloriæ invidia, ac calumniis lenire: sciat *invidiam sui ipsius esse tormentum* Curt. & *invidum rebus alterius opimis marcescere* Horat.

Principibus, quos Orbis a Romanorum Sæcul. XVI.
 ætate celebrat, immodicis elogiis præ- A. C. 1558.
 ferunt. (*)

E 4

Re-

(*) An ejusmodi Scriptores in suis elogiis
 excedant, hujus Cæsaris gesta minime dubia
 pervolventium judicio relinquimus, id tamen
 certum est, quod nullus hucusque piissimum,
 Christianissimum, ac gloriosissimum Impera-
 torem tam indignis calumniis proscindere au-
 sus fuerit, ac Continuator noster: sufficit al-
 legare ipsius Thuani elogium, qui utpote na-
 tione Gallus certe partium studio hac in re
 abreptus dici nequit, cum aliunde contra Au-
 gustissimam Domum Austriacam non raro fat
 livido calamo utatur. Hic in sua Historia ad
 hunc annum lib. 14. fol. mihi 565. ita differit:
*In eo Principe cum virtute certavit fortuna, ut
 illius meritis supremum felicitatis fastigium im-
 poneret: neque vero ullum perfecti magis, &
 ad omnem virtutem expressi Principis exemplar
 in nostra, & retro seculorum memoria reperiri
 posse arbitror, quod iis, qui ad imperium vir-
 tutis via gradiuntur, ad imitandum proponi
 queat, nam quid ei ad summam utriusque laudem
 defuit, sive ingenium, & prudentiam in consiliis
 spectes, sive constantiam in adversis, in prospe-
 ris moderationem, præsentiam animi in pericu-
 lis, temperantiam, & quæ omnium in Principe
 virtutum culmen, ac cumulus est, justitiam? vita
 ejus fere jam a primis pueritice initiis serua fuit,*
 maxi-

Sæcul. XVI. *Reprehenditur tamen in Cæsare*
A. C. 1558. *iltius per Gallias transitus, cum ad Gan-*
densium motus componendos properaret, in
quo Annæ Momorantio Connestabili impo-
suit,

maximis negotiis, & variis expeditionibus exer-
citata, atque in ipso præcipuum pietatis studium
fuisse, postquam ad Imperium euectus est, citra
adulationem dicere possumus, eoque omnia ferme,
quæ ille pace, & bello fecit, referri debere: ni-
mirum, ut Concilium legitimum celebraretur,
& per illud concordia in Ecclesia sarciretur;
quod siue Pontificum in eo negotio non bona fide
versantium ambitione, siue ob bella nostra toties
infeliciter renovata impeditum fuit, semper ab
eo postea repetitum est, ut mirari nemo debeat,
illius consilia, dicta, ac facta præsentis Numinis
auxilio usque illustrata fuisse, qui tam sanctum
propositum habuerit, & vere, qui ita se tota
vita gesserit, ad pietatem, & justitiam semper
collimaverit, & his virtutibus suo exemplo in-
nutritis consiliariis subnixum Imperium filio re-
liquerit, mirum, nisi eandem felicitatem, quam
in vita expertus est, in familia tam egregiis vir-
tutum documentis instructa propagaverit. Cum
vero prosequitur idem Thuanus fol. 567. nulla
eius vitæ pars non summe laudabilis sit, nulla
re magis animi magnitudinem ostendit, quam
vitæ clausula, qua vir alios vincere assuetus se-
ipsum vicit, vitæque tot casibus obnoxia, jam
potiorem mente agitans, antequam moreretur,
renun-

suit, qui porro a Cæsare deceptus Fran-
 ciscum I. ludificatus est, ob idque postea do-
 mum relegatus, quamquam hoc etiam suas
 excusationes legitimas habeat: objicitur ta-
 men eidem præcipue Philippi Hassorum Prin-
 cipis captivitas, qui totum quinquennium
 contra datam fidem cavillatoricæ scripturæ
 obtentu in arctissima custodia Hispanorum
 ludibrio expositus fuit, quod non solum Cæ-
 sari

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.

E 5

renuntiavit, & qui reipublicæ vixerat, sibi, ac
 Deo cæpit vivere: itaque toto biennio, quod mor-
 tem præcessit, in Hieronymianorum fratrum
 sodalities, monitore usus Constantino quodam,
 qui ei a sacris Confessionibus erat, præcipue B.
 Bernardi nostratis lectione se solabatur, & toto
 pectore in Deum revolutus sic ratiocinabatur,
 se quidem indignum esse, qui propriis meritis
 regnum cælorum obtineret, sed Dominum Deum
 suum, qui illud duplici jure obtineat, & Patris
 hæreditate & passionis merito, altero contentum
 esse, alterum sibi donare, ex cujus dono illud
 sibi merito vindicet, hacque fiducia fretus minime
 confundatur. Ita cum sensim ad lentam tabem
 febris acuta accessisset, imaginem Christi Cruci
 affixi identidem in oculis, ulnis, ore, & tota
 mente complexus, in eo solo se omnem salutis suæ
 spem collocare declaravit, sumptoque viatico, in
 me mane, inquiebat, dulcissime Servator, ut ego
 in te maneam; in quæ verba deficiens animam
 gloriosissima hac vita defunctam Deo, qui dede-
 rat illam, reddidit.

Sæcul. XVI. A.C. 1558. *fari pudendum, qui ea in re alieno potius, hoc est, Albani & Granvellani consilio usus est, quam suo, sed etiam postremo damnosum: Mauritius enim, quem præcipuum in constituenda per Germaniam auctoritate adiutorem habuerat, ab ipso ob id defecerat, & ei tot annorum, ac victoriarum fructum eripuit; quem casum mox infelix obsidio Metensis, & anno sequenti AMBIGUA ad Rantiacum pugna subsecuta est. (*)*

§. XXXVI.

Testamenti, ac Codicilli tabulæ a Carolo V. Scriptæ.

Thuan. l. 21. hoc ann. Spond. n. 10. Belcar. comm. l. 23. n. 20. Ceterum defuncti Caroli Corpus in Fratrum D. Hieronymi cœnobio deponeretur, usquedum Philippus II. in Hispaniam adventaret, ubi aliquo post tempore magnificis prorsus exequiis Imperatori parentatum est. Justa quoque mortuo Cæsari perolvebantur Bruxellis

(*) Hæc Continuator ad verbum ex Thuan. no descripsit, quia Caroli V. nævos concernunt, studiose autem eundem Scriptorem allegare neglexit, dum de ejusdem Imperatoris laudibus differit, atque ad hos ipsos nævos sequentia addit. *Verum hi veluti mortalitatis infirmæ nævi in pulchra, & immortalis laude digna fortuna hæud adeo deformes sunt.* Vid. l. CLII. §. 58. fol. 97.

xellis in Ecclesia Sanctæ Gudulæ, quæ Sæcul. XVI.
 majori adhuc pompa celebrata, atque A.C. 1558.
 in inscriptionibus, quibus Templum
 ornabatur, omnia gloriosa illius gesta
 adducta fuere, nec unquam, quam ea
 occasione ulli totius Orbis Principi tot
 tituli, quam Carolo attribuebantur. (*)
 Equidem laudis argumentum erat am-
 plum: verum ingens quoque erat Hi-
 spanorum eloquentia, ac nimia de suo
 Principe persuasio, ut illi, qui hujus
 Cæsaris vitam descripserunt, magis il-
 lius memoriam decorassent, si sua, qui-
 bus eum honorabant, encomia certio-
 ribus limitibus circumscripsissent.

Porro jam Anno Christi millesimo
 quingentesimo quinquagesimo quarto,
 prius-

(*) Hæc inscriptiones nec Thuanus, nec
 Spondanus tam insulse carpunt: Thuanus
 hæc duntaxat habet: Parenti non solum de
 se, sed de Republica Christiana optime merito
 Philippus magna pompa Bruxellis iusta fecit,
 nave miro artificio fabricata, quæ a Spe in
 prora stante, a fide, quæ folio ad malum cum
 Cruce affidebat, & a Charitate clavum tenente
 regebatur, hac figura id, quod jam dixi, signi-
 ficans, non aliud optimo Principi in hoc hu-
 manæ vitæ crebris tempestatibus jactatæ salo
 propositum fuisse, aut alio labores ejus per-
 tinuisse, quam ut Gloriam Dei, quibus posset,
 rationibus promoveret, & amplificaret.

Sæcul XVI.
A. C. 1558.

priusquam Imperium abdicabat, testamenti sui tabulas scripsit, in quibus magna pietatis monumenta, ac plurima legata cunctis Austriacæ Domus Principibus etiam spuris facta leguntur, quorum executionem potissima ex parte Philippo Regi Filio suo commendabat, eundem rogans, ut omnia pro filiali suo affectu exacte exequeretur: quod ipse etiam pollicitus est (*) Insuper paucis ante obitum diebus nona Septembris

Codi-

(*) Labet ex ipso Thuano hujus testamenti summam adducere: *Jam tum, inquit ille, mortalitatis memor testamentum condiderat, quo filium absentem hortabatur ad capeffendum imperium, pietatis ante omnia studium ei commendans, Et cum ad dissidia Religionis componenda nullum aliud remedium idoneum post cuncta alia tentata reperire potuerit, quam Concilii celebrationem, præcipiebat, ut, si quid ipsi humanitus contingeret, daret operam cum Ferdinando Cæsare, aliisque Christianis Principibus, ut tam laudabile a se inchoatum opus ad Dei Gloriam feliciter perageretur: pacem esse colendam a Deo tantopere hominibus commendatam, neve in bellum nisi ægre, Et justissimas ob causas, ac coactus consentiret, filium monebat, Et tum studiose præcepta tradebat, quomodo se gerere deberet cum Romanorum Rege, ac filiis ejus, cum Imperii cæteris Principibus, cum Germanis*

deni-

Codicillum confecit, in quo aiebat: *Sæcul. XVI.*
puto ecquidem, quod nonnisi justas ob caus- *A. C. 1558.*
jas Navarra a Ferdinando Arragonio avo
meo in potestatem redacta fuerit, nihilomi-
nus ut iis, quibus adempta erat, de ea
satisfiat, Philippum rogatum volo: Verum
eas apposuit conditiones, quæ sive jam
tunc eo consilio adscriptæ, sive postea
subtiliori, quam bona fides patiebatur,
interpretatione detortæ fuerint, id ta-
 men

denique, & Helvetiorum pagis, cum Serenissi-
ma Venetorum Republica, cum Florentiæ, Fer-
rariæ, ac Mantuæ Ducibus, cum Genuensium,
& Senensium Republica, cum Franciæ Rege,
ac denique cum Pontificibus ob Castellæ pragma-
ticam, & controversa Regni Neapolitani jura
infestis, aut suspectis; quorum ad mores non
respiciendum, sed ad Sacræ Sedis reverentiam
obsequium flectendum aiebat, multa de Paulo III.
questus, cujus bonam fidem in Concilii celebra-
tione procuranda requirebat; tum præcipiebat,
quid in causa Ducis Sabaudicæ, ejusque filii fa-
cere eum deceat, ut in antiquam ditionum sua-
rum possessionem uterque restituatur; cum An-
glis fœdus servandum, & cum Scotis colendam
amicitiam, cum Danicæ Rege nihil propter vete-
res cum Decessore injurias exoptulandum. Indias
per Pro-Reges viros probos, & ab omni ava-
ritia, & rapacitate alienos, quo a Principe suo
remotiores, eo majore sollicitudine regendas, &
administrandas.

Sæcul XVI men effecere, ut justam de illius regni
A.C. 1558. recuperatione spem non solum a Regi-
 bus Gallis, sed iis, quorum magis in-
 tererat, conceptam Hispani hæctenus
 frustrati sint. (*)

§. XXXVII.

Hujus Cæsaris Proles.

*Thuan. &
 Belcar. l. c.*

Porro Caroli V. uxor erat Elifabetha Re-
 gis Lusitanæ Filia, cui Anno Domini
 millesimo quingentesimo vigesimo nono
 fuerat desponsatus, atque ex ea susce-
 perat tres liberos I. Philippum II. Hi-
 spaniæ Regem, omniumque regnorum
 hæredem II. Mariam Augustam Maxi-
 miliani II. uxorem, quæ Anno Christi
 millesimo sexcentesimo tertio obiit. III.
 Joannam, quæ Joanni Lusitano Prin-
 cipi nupta Sebastianum posthumum, qui
 Avo suo in regno successit, procreabat:
 Anno autem Salutis nostræ millesimo
 quingentesimo vigesimo secundo ante
 matrimonium suum ex contubernio Mar-
 garithæ Wangestæ, quam deperibat,
 Margaritham Austriacam suscepit, quæ
 Anno Salvatoris nostri millesimo quin-
 gente-

(*) Hæc rursus Continuator ex Thuanò
 ad verbum descripsit, jamjam affluetis ex
 Scriptoribus ea tantum deflorare, quæ in in-
 vidiam illorum, quibus ipse pro privato suo
 studio infensus est, cedere possunt.

gentesimo trigesimo quinto primum Sæcul XVI.
A.C. 1558.
 Alexandro Medicæo nupserat, cum autem is circa Annum millesimum quingentesimum trigessimum septimum fati fungeretur, ipsa Anno sequenti Octavium Farnesium Parmensium Ducem secundis nuptiis sibi copulabat, atque Anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo sexto mortalitatem exiit. Idem quoque Imperator dum uxorem suam jam diu amiserat, ex quadam femina Ratisbonensi suscepit filium, qui Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quadragesimo tertio natus Anno supra millesimum quingentesimo septuagesimo octavo mortuus duas filias Nothas reliquit, earumque prima nomine Joanna Francisco Petræ, Pretiæ, seu Botero Siciliæ Principi nupta erat: altera vero Abbatissa Cœnobii de las Huevelas de Burgos creabatur: ast ambæ circa annum millesimum sexcentessimum trigessimum obierunt. Ceterum Carolus suos amores cum tanta verecundia occultabat, tamque caute de iis sermonem habebat, ut nonnisi a suis domesticis fidelioribus Margarithæ Matris nomen cognitum esset: quinimo de Joanne Austriaco nunquam nisi paucis ante mortem diebus loquebatur, cum eum Philippo Filio suo per amicos commendaret

Sæcul XVI. ret. Ceterum præfati Joannis Mater
A.C. 1558. erat Barbara Blumbergia. (*)

§. XXXVIII.

*Maria Vidua Hungariæ Regina fati
 functa.*

*Thuan. l. 21.
 Hilarion de
 Cofse elog.
 des femmes
 illustr. Bel-
 car. comm.*

Porro Caroli V. obitum mox Mariæ Sororis, ac Hungariæ Reginae, eidem in paucis caræ mors sequebatur. Nata hæc erat Bruxellis Anno Christi millesimo quingentesimo tertio die decima tertia Septembris, ac Ludovico Jagelloni Hungariæ Regi, qui in Mohacensi prælio Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto occisus fuit, Anno millesimo quingentesimo vigesimo primo nupserat. Hujus obitu Maria ejus conjux tam intimo afficiebatur dolore, ut licet a pluribus Principibus in conjugem peteretur, constanter tamen secundas nuptias recusaret. Præficiēbatur ergo a Carolo V. Fratrem suo Belgii administrationi, quod munus Anno Christi millesimo

(*) Burcardus Gotthelfius Struvius in suo Corpore Historiæ Germanicæ tom. 2. sect. 4. period. 10. inquit: *Non desunt, qui Joannem Austriacum non ex Barbara, sed ex longe illustriori, ac plane Principe femina procreatum fuisse dicant, ita Strada, & Bayle.*

lesimo quingentesimo trigesimo primo in se susceperat; Princeps enim erat tam ad animos sibi durante pace conciliandos, quam tempore belli ad ducendos exercitus peridonea. Eadem quoque, cum Francia Imperium bello invaderet, Folembratum, regium Palatium a Francisco I. erectum incendi iusserat: quapropter temporis progressu Henricus II. vicissim Mariaburgum incendit, quod ipsa quod venationum commoditates celebratum construi curabat, atque summis in delitiis habebat. Ceterum eadem ob suam prudentiam maximum totius populi amorem sibi conciliabat, rerumque summæ per viginti quatuor annos præerat usque ad vigesimam quintam Octobris diem Anni supra millesimum quingentesimi quinquagesimi quinti, quo, seu ineunte Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto in Hispaniam contendit, ubi etiam die decima octava Octobris hoc Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo extremum diem clausit, postquam nequidem integrum Mensem Cæsari Fratri suo vita superstes fuerat. Tum iter parabat in Flandriam, ubi redux reliquos vitæ suæ dies transigere decreverat. De prædicatur plurimum hujus Reginæ pudicitia,

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

F

citia,

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

Sæcul. XVI
A. C. 1558.

citia, quamvis Galli, (*) qui eidem infensi erant, calumniosis dictariis, compositisque cantilenis ipsius honorem proscindere non erubuerint.

§. XXXIX.

Herbipolensis Episcopus a Sicariis occisus.

Thuan. l. 21.
num. 3.
Spond. ad
hunc an.
num. 13.

Septima post Caroli V. obitum die decima sexta Februarii, ut censent nonnulli, vel juxta alios decima quinta Aprilis die Melchior Zobelius, qui Herbipoli

(*) Forte Continuator hæc adeo ingenue fatebatur, ut etiam sibi sua dictaria, quæ in Carolum V. effuderat, facilius ignoscenda arbitraretur: haud tamen ingratum erit ipsius etiam Thuani testimonium hac super re percipere: Hæc Regina, inquit, *cum pudicitia accerrima vindex tota vita fuerit, a Gallis tamen dictariis, Et militari lascivia compositis cantilenis falso insimulata fuit, quasi cum Barbarosono formoso admodum viro, sed in quo virtus, ac fides plus forma pollebant, consuesceret, tam ab hoc crimine abhorrens, ut nunquam a Cesare exorari potuerit, ut cuidam ex primaria nobilitate juveni, fratri percaro, qui unam ex domesticis ipsius Virginibus corruperat, culpam condonaret, palam interminata, sicubi illum nancisceretur, vel in fratris comitatu, fore, et extremo supplicio eum affici juberet.*

bipoli apud Germanos celeberrima Franconiae urbe Episcopus, ac virtutum meritis, nominisque sui fama clarus fuit, in sua civitate a sicariis confossus est; cum enim ex arce sua, quae trans Mœnum sita erat, in Urbem pro more suo ad audiendas causas pergeret, indeque rediens publicum quoddam diversorium praeterveheretur, a pluribus, qui consensu jam equis abitum parare simulabant, invaditur, unaque cum eo duo equites, qui ipsum comitabantur, interficiuntur: alii vero vulnerantur. Equidem Episcopus non illico ex vulneribus suis obierat, nec tamen arcem suam attingere poterat, opportune autem quidam Sacerdos accurrebat, qui eundem a criminum suorum vinculis exsolvebat. Porro tumultu excitato Sicarii, ut eo tutius fuga sibi consulerent, incendium fuisse exortum subinde in clamabant, unde cum populus ad illud restringendum turmatim accurreret, ipsi hoc tumultu in rem suam verso elabuntur, ac per abstrusas convalles anfractis itineribus celeri pede affugiunt. Ignorabatur dudum hujus caedis auctor, nec ullo pacto detegi poterat: tandem vero inquisitione diligentius facta Christophorus Kretzenus Guilielmi Grombachii famulus caedis infamulatus est, atque ob id anno sequenti

Saecul. XVI.
A.C. 1558.

F 2

Augu-

Sæcul. XVI. Augustæ in comitiis publice proscritus.
A C. 1558.

Equidem, cum aliquamdiu latitaret, haud ultra in eum inquirebatur, postea vero cujusdam nomine Kugelsbachii exploratoris solertia detectus ad arcem Schaumburgicam in Alsatia finibus sitam captus abducitur, ubi proditis sociorum nominibus crimen suum fatebatur, cum vero Herbipolim transferretur, elusa custodum suorum vigilantia sibimetipsi fracto gutture supplicii jam parati ignominiam prævertit. Id Grombachii equitis jussu factum constitit, postquam Episcopo graviter succensuisse manifestabatur, eoquod hic hæreditariam portionem a Conrado Bibraco Episcopo Herbipolensi uxori ejus factam solvere nolisset, caussatus, quod illa summam a legibus concessam excederet: tum vero Grombachius, unacum Alberto Marchione ferro, & flammis passim grassabatur, atque ipsam Civitatem Herbipolensem occupabat, ipsosque etiam Canonicos ad pacta cum ipso ineunda compellebat: Episcopum vero tanquam a Camera Imperiali proscriptum bonis suis spoliabat. Hæc erat origo odii, quo Grombachius Zobelum insectari cœperat, qui tamen postea comprehensus, ac Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto in bello, quod

quod Imperator tum Joanni Friderico Saxonix Duci intulerat, captus instructis judicii actis in quatuor partes dissectus periit.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

§. XL.

Petri Bertani Cardinalis obitus.

Hoc item anno sex Cardinales e vivis erepti fuere, quos inter primus erat Petrus Bertanus Mutinæ in patria sua Episcopus. Hic anno Domini millesimo quingentesimo primo natus, juvenis adhuc S. Dominici institutum profitebatur, ubi inter suos cum summo applausu Theologiam tradidit, facique Præconis munus cum ingenti nominis sui fama obiit, donec Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo trigesimo octavo ad Fanensem Episcopatum die decima octava Novembris nominaretur, qua dignitate auctus postea a Paulo III. ad Tridentinam Synodum, necnon a Julio III. tanquam Sedis Apostolicæ Legatus ad Carolum V. Cæsarem decernebatur, atque ab eodem summo Pontifice Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto Mense Decembri Cardinalis tit. SS. Petri, & Marcellini creatus fuerat. Intererat quoque Sacris comitiis, in quibus de eligendo Julii III. Successore agebatur, parumque absuit, quin ob ejus merita

Ciacon. in
vit. Pont.
tom. 3.
p. 775. &
Andr. Vill.
in addit.
ad ciac.
Ughet in
Ital. secta.

Sæcul. XVI
A C 1558

Aulæ Romanæ sat perspecta post Marcelli II. obitum a Cardinalibus ad D. Petri Cathedram eveheretur. Præterea in Concilio Tridentino pro sententia, quæ Conceptionem B. Virginis fuisse immaculatam negat, acerrime disputabat, nec minus ferventer pro Episcoporum residentia perorabat: ut vero Concilium alio transferretur, nullum non movebat lapidem: tandem Romæ ultimum diem clausit, hoc anno die octava Martii circiter annos quinquaginta septem natus, ac sepultus fuit in Ecclesia S. Sabinæ in Monte Aventino apud sui Ordinis Religiosos, ubi sat prolixa legitur inscriptio funebris, quam ejus frater apponi curavit.

§. XLI.

Joannis Gropperi ad Cardinalatum nominati mors.

*Ciaccon.
p. 851.
Aubery vie
des Card.
Dupin. Bibl.
t. 16. p. 19.
Pallav. l. 15.
n. 16. n. 2.
Eg. l. 14.
c. 6. n. II.*

Alter erat Joannes Gropperus, qui Cardinalium albo inscriptus legitur, quamvis hanc dignitatem sibi a Paulo IV. Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto oblatam ob summam modestiam recusasset. Erat Gropperus natione Germanus in Sufatensi Westphaliæ oppido natus, juris, ac Theologiæ Doctor, necnon Bonnenfis Ecclesiæ Præpositus, & Coloniensis Archidiaconus, qui suæ eruditionis excellen-

cellentia, ac defendendæ fidei Catho-
licæ studio, necnon veritatis amore in-
gens sibi nomen comparabat, ac inter
ceteros præcipue seligebatur, ut Ca-
tholicorum partes contra Protestantium
dogmata Anno Christi millesimo quin-
gentesimo quadragesimo primo in col-
loquio Ratisbonensi tueretur: inde vero
in patriam reversus Ecclesiæ suæ, Cleri-
que Coloniensis jura adversus Hermanum
Electorem, qui adulterinam reformatio-
nem invehere moliebatur, acriter de-
fendebat. Postea unacum novo ejusdem
Urbis Archiepiscopo Tridentinum Con-
cilium accessit, cum prius esset honora-
tus Bonnensis Præposituræ dignitate,
qua Fridericus Monasteriensis Episcopus,
ac præfati Hermani Frater merito ex-
tus fuerat. Porro Gropperus pro aris,
& focis propugnabat in eadem Synodo
appellandi jus ad summum Pontificem:
Tandem vero Paulus IV. in laboris præ-
mium Cardinalitia purpura illum hono-
rare meditabatur, quam tamen digni-
tatem non acceptavit, sed gratias agens
litteras ad Pontificem scripsit, ubi facti
sui rationem reddidit, prout Petra-
mellarius, Panvinius, Possevinus, alii-
que referunt. At Franciscus Sacchinus
in historia Societatis Jesu nullum de
nuntio purpuræ misso verbum facit;
neque ex ejus epitaphio id colligitur,

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

quinimo in Annalibus Archiepiscoporum Colonienfium, & in fronte libri de Euchariftia dicitur Cardinalis designatus. Floruit idem continentia admirabili, de quo facinus illud æterna fæculorum memoria digniffimum narrat Ciaconius: cum enim aliquando domum reverfus vidiffet mulierculam lectum fuum sternentem, non modo illam e cubiculo durioribus verbis, ac minis abegit, fed lectum ipfum tactu mulieris ob magnam continentix reverentiam quasi pollutum ratus, ipfemet illum e feneftra, videntibus, atque admirantibus omnibus præcipitavit.

Denique a Papa Romam vocatus ibidem ineunte Mense Martio Anno Chrifti millefimo quingentefimo quinquagefimo octavo obiit, expleto circiter quinquagefimo octavo ætatis fuæ anno, fepultusque eft in Germanorum Templo prope Adriani VI. monumentum, quamvis Scriptorum nonnulli illum Colonix fati functum referant.

§. XLII.

Hujus Auctoris opera.

*Ciacon p. 851
Dupin. l. c.* Reliquit posteris Gropperus plurima opera, ex quibus præcipuum eft *enchiridion institutionis Christianæ*, unacum *inftitutione ad planiorem Christianæ Religionis cognitionem*, quæ opera inter dogmatica

tica præ ceteris omnibus, quæ exstant, Sæcul. XVI.
 nobilissima censentur. Scripsit quoque A.C. 1558.
 tractatum de Eucharistia, quem in lin-
 gua Teuthonica edidit, eum tamen Su-
 rius latine reddidit, in quo de contro-
 versia, quæ Eucharistiam tangit, ita agit,
 ut in nullo libro hoc argumentum so-
 lidius, ac fufius fuerit pertractatum,
 quam in hoc tractatu, isque dividitur
 in quatuor libros, quorum primo ex pro-
 priis verbis, quibus hoc Sacramentum
 fuit institutum, præsentia realis com-
 probatur, atque ex Græcis, latinisque
 Patribus hanc veritatem stabilientibus
 ostenditur, quod hæc verba nullatenus
 in sensu figurato intelligi queant.
 Altero libro demonstratur, quod Corpus
 Christi Domini non modo, dum recipitur,
 præsens sit, sed etiam permaneat, me-
 ritoque in Tabernaculis asservetur. In
 tertio libro Auctor agit de Adoratione
 Christo Domino in hoc Sacramento de-
 bita, necnon de solemnibus supplica-
 tionibus, Hostiæ elevatione, ac Corpo-
 ris Christi festivitate. Denique quartus
 liber complectitur communionem sub
 una specie, cujus usus a pluribus vete-
 ris Ecclesiæ exemplis comprobatur, ac a
 Synodis firmatus, atque Institutioni, &
 præcepto Christi Domini consonus dici-
 tur, adeo, ut ex validis omnino ratio-
 nibus

Sæcul. XVI. nibus hic usus retinendus sit, donec Ec-
A. C. 1558. clesia aliter decreverit.

§. XLIII.

Auricæ Cardinalis extrema.

Ciac. p. 501.
Auberyl. c.
Laur. Capel.
in vit. Andr.
Aur. Inst. in
annal. Ge-
nuens.

Tertio loco recensetur Hieronymus de
 Auria Genuensis Augustini Auricæ
 Filius. Hic adhuc juvenis in Uxorem
 duxit Aloysiam Spinulam filiam, & hæ-
 redem Baptistæ Spinulæ Reipublicæ Ge-
 nuensis Ducis, atque ab initio Hiero-
 nymus Cremolini Comes nuncupari
 voluit, hocque sub nomine notus præ-
 clara admodum obsequia patriæ suæ
 præstitit. Defuncta Coniuge sua, reli-
 ctisque ex ea quinque prolibus uno ni-
 mirum Filio, & quatuor Filiabus ali-
 quamdiu operam suam in Reipublicæ
 obsequium impendebat, præcipue cum
 Oratoris munere pro eadem ad Julium
 II. Pontificem fungeretur: Anno quo-
 que millesimo quingentesimo duodeci-
 mo gravissimis negotiis præfectus ex
 duodecim illis, qui Genuense regimen
 ad pristinam normam reducerent, unus
 seligebatur: denique cuncta hæc satis
 molesta munia pertæsus sacræ militiæ
 nomen dabat, atque ad preces Andreæ
 Auricæ, qui Genuensi classi præerat, a
 Clemente VII. die tertia Octobris Anno
 Salvatoris nostri millesimo quingentesi-
 mo vigesimo nono ad amplissimam Cardi-
 nalatus

nalatus dignitatem evehebatur, nec minus variis temporibus plures Episcopatus Nebiensem in Corsica, Naulentem in Liguria, Jacensem, Oscensem, & Tarrasonensem, seu ut alii legunt, Tarraconensem in Hispania gubernavit. Ceterum Hieronymus singularis sui erga Papam studii sæpius luculenta edebat specimina, præcipue autem Anno a Nativitate Dominica millesimo quingentesimo quadragesimo septimo id egit in Fliscorum conjuratione, ubi hic Cardinalis pro Cognati sui defensione manifesto periculo vitam suam exposuerat: porro cum ad grave senium dies suos perduceret, pluribus interfuit comitiis, in quibus Paulus III. Julius III. Marcellus II. & Paulus IV. fuere electi: tandem vero Hieronymus die vigesima quinta Martii circa annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum octavum mortuus, & sepultus est in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Cella, cui Fratres Eremitæ D. Augustini præfunt, illisque multa legasse dicitur. Scriptorum nonnulli ejus obitum ad Mensem Majum rejiciunt.

§. XLIV.

Cardinalis Peyti fatum.

Inter Cardinales hoc anno mortuos quartus numeratur Guilielmus, seu Petrus

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Ciac. p. 865.
Goduin. de
Eptfc. Angl.

Sæcul. XVI. Petrus Peytous, vel Peytus, cujus jam
A C. 1558. supra meminimus. Is natione Anglus,
 ab ineunte ætate Francisci Ordinem de
 strictiori Observantia ingressus celebris
 Verbi Divini Præco audiebat: ast re-
 gno exulare ab Henrico VIII. Angliæ
 Rege compulsus Romam venit, ibidem-
 que Cardinalis Caraffæ, qui postea Pau-
 lus IV. nominatus in Papam eligeba-
 tur, benevolentiam adeo dextere sibi
 conciliabat, ut ab eodem sub Mariæ re-
 gimine in Angliam decerneretur, vices
 suppleturus Reginaldi Poli Cardinalis,
 quem Pontifex a sua Legatione amove-
 rat: priusquam vero Peytus Roma di-
 scedebat, ab eodem Papa Sarisberien-
 sis Episcopus, ac postea Anno Domini mil-
 lesimo quingentesimo quinquagesimo
 septimo, ut Purpura decoratus cum
 majori honore datam Legati dignitatem
 sustineret, Cardinalis creatus est: attamen
 Regina, cum Polum revocari haud
 pateretur, datis ad Peytum literis ei-
 dem prohibuit, ne in ejus Aula compa-
 reret, quapropter Cantuariæ subsiste-
 re coactus hoc Anno Mense Aprili
 extremum vitæ diem clausit, ibidem-
 que sepultus est, quin Episcopatus Sa-
 risberien-
 sis possessionem acciperet, eo-
 quod eidem quamplurimi vehementer
 oblucentur.

§. XLV.

Cardinalis Tagliavia fati fundus.

Quintus erat Petrus Tagliavia de Aragonia Panormi in Sicilia ex nobilissimo, ac clarissimo genere ortus. Hic Præsul erat ad maxima negotia feliciter expedienda natus, fide sincerus, labore constans, justitia incorruptus, ac moribus modestissimus, quibus præclaris animi dotibus facile omnium amorem in se rapiebat, atque Anno post Christum natum millesimo quingentesimo trigesimo septimo Ecclesiæ Agrigentinæ Episcopus, evolutisque duodecim annis, seu Anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono Panormi in Patria sua Archipræsul nominabatur, in cuius muneris administratione præstans ingenium cum summa animi moderatione, ac humilitate raro nexu conjungere noverat. Interfuit quoque sub Paulo III. quintæ, sextæ, atque octavæ Tridentini Concilii Sessionibus, atque in tertia, inquit Paulus Sarpus, *rem divinam peregit Petrus Tagliavia: concionem vero habuit Ambrosius Catharinus Senensis.* Idem quoque Petrus sub Julio III. eidem Synodo præsens fuit, & rationem, quæ habenda esset erga Legatos, quos Protestantes submissuri forent, prudens indicavit, necnon in consessu quodam Cardinalium

Sæc XVI.
A C 1558.

Ciac. p. 783.
Pallav. Hist.
Conc. Trid.
l. 2. p. 135. &
l. 4. p. 348.

Sarpus hist.
Conc. Trid.
l. 2. p. 135. l. 4
p. 348.

Sæcul. XVI
A.C. 1558

dinalium de Monte, & Madrutii rixas genuflexus, lachrymasque profundens, sedavit: demum vero unus ex illis erat, quos Carolus V. Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo primo ad purpuram nominari, a Papa postulabat: attamen Pontifex Cæsaris precibus deferre, atque Tagliaviam eligere haud consultum censebat, eoquod tum Synodo præsens facile ceterorum, qui ad eandem dignitatem adspirabant, æmulationem excitare potuisset: nihilominus Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio Mense Decembri Cardinalium Collegio fuit adscriptus, obtento S. Callisti titulo. Obiit Panormi feria sexta die quinta Aprilis Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo, Corpusque ejus in marmoreo monumento conditum fuit sine inscriptione sepulcrali in Metropolitana Ecclesia ad Deiparæ aram. Erat idem in pauperes adeo liberalis, ut ceteris omnibus in eos erogatis sibi non nisi necessaria reservaret, quapropter cum jussisset aliquando pauperi decem asses dare, & domi pecuniam illam esse Oeconomus negasset, ut sic pauperis spes, ac Domini imperium eluderetur: postmodum autem cum accumbenti Cardinali rarus, & magnitudinis eximiæ piscis

scis inferretur, mox Oeconomum interrogabat, quanti eum emisset? illo respondente, assibus ducentis: Cardinalis adducto eum increpans supercilio inquebat: itane vero? heri domi non erant oboli pauculi in pauperum usum, & erit pro gula hodie argentum? auferte hunc piscem, statimque eum ad pauperum Nosocomium deducite. Sic expiabat egregie Oeconomi duritiam pia Domini liberalitas, ac pietas.

Denique sextus, & postremus inter Cardinales hoc anno fati functos erat Reginaldus Polus natione Anglus, qui die decima octava Mensis Novembris mortalitatem exiit, de cuius vita jam abunde alibi mentionem fecimus.

§. XLVI.

Joannes Bunderius mortuus.

Ex Scriptoribus Ecclesiasticis primus venit Joannes Bunder, seu Bunderius, ex Ordine Fratrum Prædicatorum Gandavensis Cœnobii Prior, atque in Belgio hæreticæ pravitatis Inquisitor. Hic exactum Religiosæ disciplinæ studium cum profunda eruditione confoeciens plura elucubravit opuscula, quibus ingens sibi nomen comparabat: ceteris vero ejus libris palmam præripit I. Compendium omnium quæstionum Theologicarum, quæ hodie inter Catholicos

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Valer.
Andr. Bibl.
Belg.
Miræus de
Script. Sac.
XVI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

tholicos, & Protestantes agitantur: quod opus primo circa Annum Domini millesimum quingentesimum quinquagesimum sextum literis Parisiensibus, decimo octavo autem post anno in eadem urbe iterato prælo excusum prodiit. II. Conscripsit Collationes, seu colloquia Sanctorum quatuor latinæ Ecclesiæ Doctorum, SS. Ambrosii, Hieronymi, Augustini, & Gregorii Magni super triginta articulos ab hæreticis tum agitados, isque liber itidem Lutetiæ Parisiorum Anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarto typis editus fuit. III. Bunderius fidei orthodoxæ scutum adversus Anastasium Valvanum Antwerpæ Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo sexagesimo nono vulgavit, & in eodem, in quo fides Orthodoxa consistat, demonstravit. IV. Tractatus de Baptismo contra Memnonem Anabaptistam Lovanii Anno supra millesimum quingentesimum quinquagesimo tertio ab eo fuit editus. V. Alius tractatus sub hoc titulo: *Detectio nugarum Lutheri unacum confutatione dogmatum Lutheranorum* pariter Lovanii Anno post Christum natum millesimo quingentesimo quinquagesimo primo typis ab eodem fuit vulgatus. Referunt nonnulli, quod Joannes Anno salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo

ctavo Mense Junio Gandavii fatis excesserit, quamvis alii illius obitum ad priorem annum revocent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

§. XLVII.

Alphonsi de Castro obitus.

Alter erat Alphonfus de Castro Hispanus ex Ordine FF. Minorum patria Zamorensis ob sacrae eloquentiae præstantiam inter ævi sui Prædicatores in Hispania celeberrimus. Hic ob meritorum famam Carolo V., & Philippo II. percarus, eundem Philippum, cum Mariam Reginam ducturus in Angliam contenderet, in itinere comitabatur: inde vero postea in Belgium reversus est, ubi antea jam diu morabatur, quapropter ibidem adhuc egisse censetur, cum ad Compostellanum Archiepiscopatum, qui Toletani Cardinalis obitu vacabat, nominaretur, quamvis, priusquam electionis suæ diploma reciperet, jamjam Bruxellis die decima tertia Februarii Anno Incarnationis Dominicæ 1558. vivis ereptus fuisset, postquam sexagesimum tertium ætatis suæ annum expleverat. Ceterum opera, quæ iterato prælo excusa posteris reliquit, ipsam illius eruditionem longe ampliori elogio celebrant, quam cujuscunque lingua assequi posset: scripsit enim stylo admodum eleganti, atque in lectione assiduus

Andr. Scot.
Nicol. Ant. in
Bibl. hist.
Dupin. Bibl.
t. 16. p. 20.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. G majore

Sæc. XVI
A.C. 1558.

majori soliditate quæstiones dogmaticas, quam historicas pertractabat, nec non calamo magis diffuso in refutandis novis hæresibus, quam conscribenda veterum historia utebatur. Porro cunctos hujus Scriptoris tractatus Pater Feuardentius ejusdem Ordinis Alumnus Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo septuagesimo octavo Parisiis excudi curavit, ubi jam antea anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo quinto in quatuor voluminibus impressi prodibant.

Ceterum hæc ipsa volumina continent I. tractatum contra omnes hæreses, hocque opus in quatuordecim libros divisum partim dogmaticam, partim historicam continet doctrinam, nec tamen ordinem chronologicum sequitur, sed potius hæreses ordine alphabetico annotatis errorum titulis recenset, exponitque hæreses, circa quodlibet dogma enatas, enarratque earum Auctores, ac præcipuos discipulos, nec non Conciliorum definitiones, quibus fuerunt damnati, præter Scriptores, qui eos confutarunt. Ibidem etiam comprobatum reddit, quod verum Sacræ Scripturæ sensum in doctrinæ dubio determinare ad Ecclesiam pertineat, resque dentur, quas credere oportet, quin sint scriptotenus expressæ, cum
traditio-

traditioni, ac Ecclesiæ definitionibus in-
 nitantur. Ostendit quoque, quod Con-
 cilia generalia universam repræsentent
 Ecclesiam, nec fallere queant, videtur
 tamen dubitare, an Pontifex sit infalli-
 bilis. Insudabat Alphonsus huic operi
 ab anno Domini millesimo quingente-
 simo trigesimo quarto usque ad annum
 millesimum quingentesimum quinquage-
 simum sextum: illius vero editionem
 magis auctam Philippo II. nuncupabat,
 in qua etiam continentur tres libri de
 promerita hæreticorum castigatione,
 necnon tractatus de vi legis pœnalis
 præter viginti quinque in Psalmum quin-
 quagesimum, & in trigesimum primum
 viginti quatuor homilias. Exstat quo-
 que hujus Scriptoris commentarius in
 duodecim Prophetas minores.

Sæcul XVI.
 A. C. 1558.

§. XLVIII.

*Mors alterius Alphonsi a Castro
 Jesuitæ.*

Nec etiam silentio prætereundus est
 alius quidam Alphonsus a Castro
 Jesuita patria Lusitanus, qui in Indiis
 Orientalibus per undecim annos Christi
 Evangelium prædicabat, ac Moluccen-
 sis Conventus Rector Anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo quinquagesimo o-
 ctavo ab Idololatriis captus, omnibus-
 que vestibus spoliatus per quinque soli-
 dos

*Alegambe
 Bibl. Patr.
 Soc. Jesu in
 append.
 p. 659.*

Sæcul. XVI dos dies funibus ligatus raptabatur:
A.C. 1558 postea vero ad collum arboris trunco
 alligatus ibidem animam Deo reddebat.
 Demum Corpus ejus in fluminis ripa
 splendido lumine circumfusum reperie-
 batur, atque ex ejus vulneribus sanguis
 adeo purus manare cernebatur, perin-
 de ac si recens inflicta fuissent. Is ipse
 Apostolicos suos labores descripserat,
 quæ relatio postmodum Anno Christi
 millesimo quingentesimo quinquagesimo
 sexto Romæ typis vulgata fuit.

§. XLIX.

*Quædam Parisiensis Theologicæ Fa-
cultatis censura.*

*Argentre in
Coll. de novis
error. t. 1.
in ap-
pend. p. 20. Et
t. 2. p. 187.
Et seq.* Die decima octava Februarii Theolo-
gicæ Facultatis Parisinæ Doctores
numero plusquam quinquaginta Sorbon-
næ conventum habebant, ut exciperent
Magistrum Claudium Despence, quem
Facultas adesse, suæque doctrinæ ra-
tionem reddere jusserat, eoquod, quam-
vis falso, novis erroribus favere infimu-
latus fuisset. Claudius ergo in Docto-
rum confessu comparet, atque interro-
gatus a Facultatis Decano, an obedire,
seque Doctorum judicio submittere vel-
let? ipse respondit, sciscitatus, quam
potestate a Facultate vocaretur: quibus
dictis hac super re certum sibi dari re-
sponsum postulavit. Postmodum Do-
ctores

doctores re maturius discussa conclude-
bant, quod Facultas ea uteretur aucto-
ritate, quæ ipsi competeret vi juramen-
ti, quo sua membra a debito obsequio
deviantia reprimere obstringitur, cum
quivis privatus se Facultati tan-
quam Matri suæ obtemperaturum polli-
citus est; scriptotenus tamen hoc Fa-
cultatis decretum nequaquam Claudio
esse tradendum decernebatur, nisi ipse-
met prius suam petitionem scriptam
consignaret, suoque chirographo fir-
maret.

Sæc. XVI.

A.C. 1558.

Eodem anno die decima quinta A-
prilis Feria sexta in octava Paschatis
die eadem Facultas in Collegii Sorbon-
nici aula convenerat, ut ibi Parisiensis
Senatus decretum prælegeretur, quo pro-
scribatur quidam artis medicæ liber,
cui titulus: *Archangeli Piccollomini Fer-
rariensis in librum Galeni de humoribus com-
mentarii ad Michaelem Turrianum comi-
tem, ac Genevensis Episcopum.*

In hoc libro plures errores fi-
dei Orthodoxæ adversantes contineban-
tur: itaque Facultas, ut huic Senatus
decreto morem gereret, pro lustrando
hoc volumine selegit duos Collegii Sor-
bonici Doctores Palletium, & Fabrum,
quibus duos adhuc Navarrici Collegii
Doctores Oudinum, & Dampinertinum
junxerat, qui una omnes traditum sibi li-
brum

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

brum examinarunt. Postea die trigesima ejusdem Mensis Aprilis Facultate rursus congregata hi Doctores iudicium suum proferentes demonstrabant, quod liber iste multa contineret, quæ sapientiam Gentilium redolent, & fidei christianæ, ac veritati orthodoxæ adversantur, quapropter hunc librum omnino suppressendum esse pronuntiabant.

In eodem Facultatis conventu prælegebantur quædam propositiones, quas a Fremino D' Eux ad populum dictas Cabillonensis Episcopus ad facultatem deferebat, earumque censuras, quibus singulæ erant perstrictæ, Doctores approbabant eoquod præfatus Concionator explicans Canticum B. V. Mariæ, seu *Magnificat* ad hæc secundi Versus verba, *quia respexit humilitatem ancillæ suæ, addidisset, quod humilitas illic non dicat actum virtutis, sed inopiæ, & paupertatis.* Porro cum idem exponeret illa verba: *Beati, qui audiunt Verbum Dei,* dixerat, Christum docuisse, quod quivis, si legem Dei observat, eundem in cælo cum Beatissima Virgine honoris gradum sit adepturus. Verum ex his duabus propositionibus prima tanquam falsa, temeraria, ac communis Sanctorum Doctorum expositioni contraria, altera autem tanquam hæretica fuit damnata.

§. L.

S. L.

Liber, cui titulus: Instructio familiaris puerorum: censura notatur.

Undecima Mensis Maji die Facultas *Argentré ib.*
habito conventu quemdam librum *p. 187. 188.*
Gallico idiomate conscriptum, & Parisiis impressum, cui titulus: *Instructio familiaris, ac Christiana puerorum, censura perstringebat; cum enim Joannes Loquejus Doctor plures errores in hoc libro contentos recitaret, re in deliberationem vocata sequens pronuntiabatur censura: Hic liber est juventuti instituendæ valde perniciosus, ut qui a recepta, & antiqua Ecclesiæ instructione, & Patrum consuetudine recedit, & in quo præter varios errores, & falsas sacræ Scripturæ expositiones, hæreses de imaginibus tollendis, & maxime contra Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum continentur: Ad hæc in eo multa juventuti, & Christianismo necessaria perperam omittuntur, quibus consuevit juvenus erudiri pie: ideo supprimendus, & catalogo reprobatorum librorum inscribendus est.*

Pronuntiata hac censura duo alii proferebantur libri, quorum primus hunc titulum præferebat: *Alphabetum, seu instructio Christiana pro pueris recognita,*

G 4 corre-

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

correcta, & rursus aucta: alter vero liber inscribatur: Instructio Christiana unicum Calendario Romano, cui plures historiae tam veteres, quam novæ adjiciuntur, apud Guilielmum Thibout typis impressa. Uterque hic liber a Facultate fuit damnatus, præcipue vero postremus hac censura notabatur: Hoc Calendarium adnumerat inter Sanctos Tertullianum, & Origenem, qui ab Ecclesia pro Sanctis non sunt recepti, econtrario eos, qui Sancti ab Ecclesia habentur, uti Eleuterius, & Zepherinus, & alii, qui summi fuerunt Pontifices, & Sancti Martyres, sine nomine sanctitatis refert; præterea in dicto Calendario, & Sanctorum Catalogo præter hætenus receptum laudabilem usum multa admiscetur profana, quibus potius corrumpitur, quam pie instituitur juvenus, hinc omnino supprimendum est.

Die quarta Julii eadem Facultas in unum coetum congregata hortabatur sui Ordinis Concionatores, ut populum in pace, & obedientia Episcopis, Magistratibus, & Regibus debita contineant: sequenti vero Mense die decima septima Augusti Sacra facultas interdixit, ne Baccalauri, sive Magistri in Disputationibus vel in Concionibus, auctoritate Joannis fabri Stapulensis, & Erasmi, Cajetani, aut profanorum Scriptorum uterentur, vel hosce auctores allegarent: insuper etiam

etiam Facultas prohibuit, ne Doctores ^{Sæcul. XVI.}
 verbis uterentur parum honestis, vel ^{A.C. 1558.}
 modestiæ, ac decentiæ adversis: Id quo-
 que die septima Decembris rursus in-
 novatum fuit.

§. LI.

*Propositiones Ægidii Bigotii censuris
perstrictæ.*

Prima die Septembris eadem Facultas *Argentve*
 congregationem pro more in Sorbo-^{p. 189.}

nensi Collegio post rem divinam de Spi-
 ritu Sancto peractam habebat, ubi qui-
 dam Abbas a Bajocensi Episcopo able-
 gatus in pleno Facultatis confessu no-
 mine sui Episcopi Decanum, ac Docto-
 res rogabat, quatenus nonnullas proposi-
 tiones, quas Ægidius Bigotius Cado-
 mensis Universitatis Doctor enuntiave-
 rat, sedulo examini subjicerent, eas-
 que, si ita videbitur, censuris notarent:
 Itaque ad illius preces Facultas præ-
 primis declarabat, mentis suæ esse,
 quod nec deputati, nec Facultas om-
 nes propositiones, quas quævis Personæ
 afferrent, vel mitterent, censura notan-
 das acciperent, sed tantum eas, quas
 vel Episcopi, vel iudices, aut gravita-
 tis, ac auctoritatis magnæ Viri affer-
 rent, vel mitterent.

Postea decrevit Facultas, ut propo-
 sitiones a Bajocensi Episcopo denuntiatae

Sæcul XVI.
A. C. 1558.

prælegerentur, atque a Doctoribus hanc in rem nominatis discuterentur, iique postea suum desuper iudicium proferrent. Itaque die sexta ejusdem Mensis habito conventu, lectisque, ac examinatis Ægidii Bigotii propositionibus, unaomnos debitis suis censuris perstringebantur. Hæ propositiones numero erant triginta, & quidem prima his concepta verbis. *Ecclesia non est ædificata supra Petrum, sed duntaxat super Jesum Christum.* Hujus propositionis censura erat sequens: *Et si Christus sit primarium Ecclesie fundamentum, hæc tamen propositio conspirat hæreticis nostri temporis, tollentibus primatum Beati Petri.*

II. *Claves non soli Petro, sed etiam aliis Apostolis fuerunt promissæ:* hæc propositio eadem censura fuit notata: altera vero ejus pars tanquam hæretica proscribatur.

III. *Clavium Ministerium, earumque usus non est alius, quam annuntiatio Evangelii, & gratuita peccatorum remissio per Christum Dominum facta:* hæc propositio est hæretica, & evertens potestatem clavium absolvendi a peccatis.

IV. Auctor non loquitur de jurisdictione Ecclesie, sed de clavi scientie, in qua peccatorum remissionem consistere affirmat. Hæc propositio pro ultima parte est hæretica.

V. Cu-

V. *Cujusdam Sacerdotis concubinari* Sæcul. XVI.
Missæ interesse non licet: Hæc propositio sic A.C. 1558.
 indistincte prolata est falsa, & scanda-
 losa.

VI. *Peccata detinentur, quando quis nec credere, nec Evangelium recipere vult, remittuntur vero peccata illis, qui audiunt Evangelium.* Hæc propositiones, sexta, nona, decima quinta, decima septima, vigesima septima, & vigesima octava ad eundem finem tendentes sunt hæreticæ, evertentes potestatem clavium, & absolvendi a peccatis.

VII. *Manducare, & bibere carnem, & sanguinem Christi nil aliud est, nisi credere, quod Christus humanam naturam assumpserit, solus sit Mediator noster, & pro nobis mortuus fuerit.* Facultas hanc subjecit censuram: Hæc propositio est hæretica, & Sacramentaria.

VIII. *Abraham per solam fidem, & non modo ipse, sed nos quoque absque operibus justificamur.* Hæc propositio, inquit Facultas, est hæretica.

IX. *Illi, qui audiunt Verbum Dei, a suis peccatis absolvuntur.* Hæc propositio æque, ac sexta iisdem notatur censuris.

X. *Sancto Petro haud amplior, quam ceteris Apostolis jurisdictio competit.* Hæc propositio est schismatica, & hæretica.

XI. *Mi-*

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

XI. *Minister, seu Episcopus, si nil aliud, quam quod in se est, facit, nullam habet jurisdictionem.* Hæc propositio est schismatica, & hæretica, olim condemnata in Concilio constantiensi.

XII. *Purus homo nec potestatem habere, nec fundamentum Ecclesiæ esse potest.* Hæc propositio, juxta Facultatis judicium, cum prima conspirat.

XIII. *Quando Auctor de clavibus loquitur, affirmat, quod detur clavis scientiæ, & alia jurisdictionis, sed de hac Prædicator silet, cum duntaxat de clavi scientiæ ad ædificationem populi differere intendat.* Hujus propositionis censura a Facultate non refertur.

XIV. *Ministrorum quivis plene plus potestatis, & auctoritatis habet, quam Christus, ejusque Apostoli.* Hæc propositio est temeraria.

XV. *Ligare, & solvere nihil aliud est, quam nolle Evangelium audire, vel illud abnegare.* Hæc propositio eidem, ac sexta censuræ subjicitur.

XVI. *Nos omnes sumus Sacerdotes.* Hæc propositio sic indistincte prolata est hæretica.

XVII. *Hi, qui amant Verbum Dei, & habent fidem, & confitentur Christum, sunt absoluti.* Hæc propositio itidem pari censura, ac sexta perstringitur.

XVIII.

XVIII. *Episcopus, vel Minister, quantumcunque pius, & justus sit, nisi sit etiam doctus, clavium potestatem non habet: Hæc propositio est schismatica, & hæretica.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

XIX. *Nemo magis Evangelio, quam Sacerdotes adversantur. Hæc propositio est falsa, schismatica, & injuria Ordini Sacerdotali.*

XX. *Claris verbis Auctor enuntiabat, quod loqui non velit de Corpore Christi contento sub speciebus panis, & vini, sed de corpore mystico, & unitate, qua membra adinvicem conglutinata esse debent. His addidit: Manducare, & bibere Corpus, & Sanguinem Christi nihil aliud est, quam credere.*

XXI. *Audistin heri illum Concionatorem, qui dixit: duas dari manducationes, si ille rem probe inspexisset, non nisi unicam dari deprehendisset. Hæc propositio est hæretica, & Sacramentaria, conspirans duabus aliis.*

XXII. *Nos omnes sumus justificati per fidem, & confessionem Christi Domini, & non per opera, nec per ritus: Secunda pars hujus propositionis est hæretica.*

XXIII. *Sanctus Petrus non est Ecclesiæ fundamentum; ea enim super purum hominem non potest esse fundata, quia homines sunt immundi, & Peccatores. Prima pars hujus propositionis conspirat primæ, & secunda*

Sæcul. XVI. A.C. 1558 secunda est hæretica, conspirans errori
Wiclefistarum.

XXIV. *Claves Regni cælorum non modo sunt promissæ Divo Petro, sed pariter omnibus aliis Apostolis. Id Author comprobare nititur ex Christi Domini verbis in Evangelio relatis, ubi inquit: quæcunque peccata remiseritis: nempe in numero plurali. Postrema pars hujus propositionis eadem censura notanda est cum tertia propositione.*

XXV. *Si Sacerdos aliter prædicat, dicens, quod per opera remissio peccatorum fiat, vel per cæremonias, & traditiones humanas, non aperiet ferram, aliam tenet clavim, omnia destruit, & confundit. Hæc propositio est captiosa, & de hæresi suspecta.*

XXVI. *Sacerdos non remittit peccatum, sed duntaxat declarat, quod peccata nobis sint remissa. Hæc propositio, inquit Facultas, est hæretica.*

XXVII. *Verum mysterium, quo remittuntur peccata, est credere. Hujus propositionis censura eadem est cum sexta.*

XXVIII. *Tunc detinentur tibi peccata, quando hanc doctrinam recipere renuis. Hæc propositio eandem censuram, ac sexta promeretur.*

XXIX. *Ministerium æque bonis, ac perverfis datur: ast potestas duntaxat bonis*

nis conceditur. Secunda pars hujus propositionis est hæretica.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

XXX. *Sacerdotis ministerium est duntaxat, peccatum declarare remissum: illud autem non remittit, nisi sorte ministerialiter, quia omnia hæc a Deo proveniunt. Hujus propositionis censura non indicatur.*

§. LII.

*Guilielmus Manourius Mathurinus
Monachus a Facultate damnatus.*

Denique die vigesima quinta Octobris hoc item anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo Guilielmus Manouerius Theologiæ Doctor, Ordinis SS. Trinitatis, seu Mathurinorum Sacerdos coram Episcopi Parisiensis Officiali comparere jubebatur, cum accusatus esset, quod in suis sermonibus perversam, erroribusque plenam doctrinam sparsisset, quam retractare lata in eum sententia jussus fuit. Ceterum hujus Religiosi errores speciatim non significantur, ex ejus tamen palinodia colligitur, quod has, quæ sequuntur, propositiones propugnauerit. I. Omnes in Missa Sacram Synaxin recipiant. II. Sancti non nisi generaliter pro fidelibus orant. III. Non datur Purgatorium. IV. Missa in idiomate gallico

*Argentre ut
supra in
app. p. 25.
Es tom. 2.
p. 190.*

Sæcul. XIV. lico est dicenda. Ceterum in alio Sor-
A.C. 1558. benico confesso die tertia Decembris
 idem Manourius declarabat, quod
 plene satisfecerit sententiæ adversum
 se ab Officiali, & fidei Inquisitoribus latæ,
 postea vero suam revocationem Facul-
 tati tradens rogabat, ut ipsi consuetæ
 distributiones concederentur. Verum
 Facultas ita censuit: dictus Guilielmus
 Manourius deputatis cunctas, de qui-
 bus est delatus, propositiones, dictam-
 que sententiam exhibeat, ut præfati
 deputati, postquam omnia examinave-
 rint, & consideraverint, an dictus Ma-
 nourius latæ sententiæ satisfecerit, re-
 ferant Facultati: hæc vero postea de-
 cernet, quæ jure decernenda censebit.
 Cum vero Manourius objiceret, quod
 propositiones, ob quas fuisset damna-
 tus, ab Officiali recipere haud amplius
 posset, hinc Facultas suæ sententiæ in-
 sistens, illum a Collegio exclusit, us-
 que dum plenius satisfaceret: Videtur
 tamen, quod in sequentibus Facultatis
 congressibus morem gesserit, seque om-
 nibus ejusdem Facultatis decretis sub-
 jecerit.

§. LIII.

*Audacia hæreticorum Maroti Psalmos
 publice decantantium.*

*Thuan. hist.
 l. 20. n. 10.*

Quamvis hi Doctores ad fidem Catho-
 licam in Franciæ Regno, præcipue
 vero

vero Parisiis Galliarum Metropoli con-
servandam omne studium provida sol-
licitudine adhiberent, minime tamen
præpedire poterant, quin hærefes ibi-
dem indies latius serperent; cum enim
totum Galliarum Regnum ob infauftum
Sanguintinum prælium, clademque per-
pessam ingenti hostium terrore invol-
veretur, hæretici ex Gallorum metu
rebus suis prosperum exitum sibi polli-
cebantur: hinc, cum antea nonnisi cum
summa taciturnitate, ac duntaxat fa-
ventibus noctis tenebris suos congressus
celebrassent, nunc audaciores facti ma-
gno numero Parisiis animi recreandi
caussa ad scholasticum, ita vulgo dictum
campum, extra Sangermanum subur-
bium convenerant, ac ibi publice deam-
bulantes Davidis psalmos Gallicis versi-
bus olim a Maroto, & Beza composi-
tos canere præsumperunt. Postea com-
plures rei novitate pellesti ad hosce
conventus accurrebant, ac sequentibus
quoque diebus major adhuc multitudo
eo confluxerat, quinimo huic canen-
tium turbæ immixtus quoque cerneba-
tur Antonius Navarræ Rex, ac Hen-
rici IV. Parens, ejusque conjux nomine
Joanna: unde horum præsentia hæreti-
corum numerum plurimum augebat,
illosque ad quævis audenda incitabat.

Sæcul XVI.

A C. 1558.

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

§. LIV.

*Severum Regis edictum adversus
hosce hæreticos.*

*Spond. l. cit.
Duplex hist.
Eccl. des
Eglises.*

Postquam Henricus II. Galliarum Rex de hæreticis ejusmodi conventiculis certior fuerat factus, quæstionem de illorum Auctoribus fieri præcepit, novumque edictum promulgari iussit, vi cujus omnes Judices prohibebantur, ne in posterum in mitiora supplicia converterent mortis pœnam, vel bonorum proscriptionem, quæ olim decreta fuerat in omnes, hæresis crimini obnoxios, nec non etiam in eos, qui duntaxat libros in Germania, vel Genevæ impressos, ac Catholicæ Ecclesiæ doctrinæ adversos in regnum invexisse convincebantur. Pariter indicta capitis pœna inhibita, ne ejusmodi conventus in posterum celebrarentur, aut corrupti hi Psalmi publice decantarentur: Itaque cum severius, quam contra hujus primi edicti transgressores olim fiebat, in hæreticos animadverteretur, hinc isti aliquamdiu tam ab ejusmodi cantilenis, quam suis congressibus abstinabant; verum hisce Sectatoribus tam numero, quam potentia, & præsidio, quod ipsis Navarræ Rex, ejusque conjux impenderant, plurimum auctis paulo post fervor, quo in eos inquirebatur, de-

deservescebat, moxque rei lenius habebantur: cum autem Calvinus sibi persuasum haberet, quod Protestantium ausus nec minis, nec pœnis cohibendi essent, atque aliunde haud ignoraret, quod hi a Psalmorum, quos Marotus, & Beza Gallice reddiderant, cantu ob pœnarum metum abstinuissent, hinc ex Genevensi urbe, in qua tuto latebat, ad suos Sectatores Parisiis agentes epistolam dabat, eis exprobrans, quod propudiosa ignavia a divina laude, & Psalmorum cantu unice ideo cessarent, quod minæ illis fuissent intentatæ: quapropter nil intentatum reliquit, ut illos eo induceret, quatenus nec per edicta, nec per pœnarum severitatem, cui ea transgredientes sese exponerent, se deterreri paterentur. (*)

H 2

Cum

(*) Qua ergo ratione Protestantes jactitare audent, quod sectæ suæ dogmata Principibus supremam regiminis auctoritatem a nemine dependentem efficacius, quam Religio Catholica asserat? cum tamen cuilibet nebuloni, qualis erat Calvinus, eique similes, integrum sit, illorum edicta proterve transgredi, ceterosque ad illa vilipendenda, necnon ad communem seditionem concitare, prout in omni Regno, ubi nova hæc secta fuit inventa, ejusmodi petulantia exempla exstant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Sæcul. XVI.A.C. 1558.

Cum igitur Calvinus Parisienses Sectatores suos hac ratione ad seditio- nem concitasset, insuper in Helvetia nul- lum non movebat lapidem, ut Bernen- ses ad perpetuum fœdus cum Geneven- sibus ineundum permoveret. Nec suo labori optatus deerat exitus; quapropter secundo hoc successu inflatus cuncta sibi, suisque affectis prospera pollicebatur. Interim id omnino extra dubium est, quod indies præcipue in hisce Provin- ciis ipsius auctoritas magis, magisque invaluerit. Ast sicut unus erroris mon- strum semper fœcunda alterius pe- joris Mater existit, ita tum plures alii varii generis hæretici exurgebant, qui mutuæ invidiæ, ac æmulationis studio incitati, ceteris prædominari, suam vero sectam præ cunctis aliis celebrare gestie- bant: quapropter Calvinus propter mu- tuas hæc dissensiones haud immerito, ne sua factio solido fulcro firmari posset, pertimescere cœperat, vel saltem probe cognoverat, quod sua secta ceteris sola haud prævalitura sit: unde inter omnes reliquos hæreticos nullius alterius, quam Valentini Gentilis progressus sistere nitebatur.

§. LV.

Valentini Gentilis Historia, ejusque errores.

Hic

Hic idem Gentilis Arii hæresin resu-
 scitans Divinam Christi naturam
 inficiabatur, jamque plurimos a veræ
 fidei semita abduxerat, cujus jam vitæ
 historiam ab alto repetere, haud in-
 consultum erit. Valentinus Gentilis Co-
 sentia in Neapolis Regno natus dein
 in sæculo decimo sexto duntaxat dog-
 matum suorum perversitate, ac calami-
 tatibus, quas sibi accersiverat, inclare-
 scebat. Hic idem erat ex illis, qui Vi-
 centiani conventiculi Anno Christi mil-
 lesimo quingentesimo quadragesimo sex-
 to Authores exstiteret, postquam vero
 isti nocturni congressus fuerant prohi-
 biti, Valentinus relicta Italia Genevam
 pervenit, ubi novæ aggregabatur Ec-
 clesiae, quam plures ex Italia familiae
 spuriam Calvinii reformationem ample-
 xuræ constituebant, atque ex iis præ-
 cipui erant Blandratus, Joannes Pau-
 lus Alciatus, Matthæus Gribaldus, &
 nonnulli alii turbidæ indolis juvenes,
 qui circa SS. Triadis mysterium, nec
 non illa verba: *essentia, Persona, con-
 substantialis*: sublimia dubia movere af-
 fectabant, quin tamen adhuc sua ve-
 nena publice effunderent, nam dunta-
 xat clam, ac per privata scripta id fa-
 ciebant. His igitur disputationibus Gen-
 tilis quoque intererat, ac tam suorum
 dogmatum novitate, quam insolitis vo-
 cibus,

Sæcul XVI.

A.C.1558.

Beza &
 Melchior
 Adam in vita
 Calvinii hoc
 ann. Bened.
 Aretius hist.
 condemn.
 Valent.
 Gent. n. I.
 p. 46.

H 3

cibus,

Sæcul. XVI. A.C. 1558
 cibus, quibus suos errores exponebat, non parum ad hoc contulit, ut novi hii Ariani audacia, & temeritate crescerent, quorum errores præcipue ad hæc capita redigebantur. I. „Tria dantur „in Trinitate, essentia, quæ est proprie Pater, dein Filius, & Spiritus „sanctus. II. Pater erat unicus Deus „Israelis, legis, & Prophetarum, solusque Deus verus, & *essentiator*; Filius enim non nisi essentiat, ac præcario Deus est. III. Sophistarum commentum est, dicere, quod Pater sit „Persona distincta ab essentia Deitatis. „IV. Qui dicunt, quod Pater sit persona, quaternitatem constituunt, non „vero Trinitatem; assignant enim Essentiam Divinam, Patrem, Filium, & „Spiritum sanctum, cum hæc sola essentia, præcisus Personis, per seipsam sit „verus, & unicus Deus; ut proin sequeretur, quod quatuor ibi Dii forent, „seu quaternitas, non autem Trinitas. „V. Mysterium Trinitatis novum est „idolum, Turris Babylonica, Deus „Sophisticus, & tres Personæ fictitiæ „in uno solo Deo, qui est quartus Deus „hucusque incognitus. VI. Tres dantur Dii, sicut sunt tres Spiritus. VII. „Filius, & Spiritus sanctus sunt minores Patre; hic enim cuilibet divinitatem a sua diversam contulit. VIII. Sym-

„Symbolum D. Athanasio adscriptum Sæcul. XVI.
 „omnino Sophisticum est, quia ibi quar- A.C. 1558.
 „tus Deus introducitur; hic ipse vero
 „Sanctus nil nisi Magus, & sacrilegus
 „est, qui Christum dilacerat. IX. Sub-
 „stantia Patris, & Filii duæ sunt sub-
 „stantiæ. X. Denique Valentinus Ma-
 „hometis Alcoranum in tanta habebat
 „veneratione, ut illum cum veteri, &
 „novo Testamento conferre non ab-
 „horreret.,

§. LVI.

*Gentilis ad revocandos errores in-
ductus.*

Ceterum ob insulsa hæc dogmata Gen-
 tilis passim Tritheitarum Parens
 nuncupari promeruit: postquam vero
 Seniores Italicæ hujus Ecclesiæ, quam
 Genevæ conflatam memoravimus, hosce
 errores latius diffundi compererant,
 toti in eo desudabant, ut obicem pone-
 rent calamitatibus, quas per ejusmodi
 novitates suis Ecclesiis impendere vere-
 bantur; hinc primo quidem modo ad-
 modum moderato incedentes fidei ar-
 ticulos, qui Ecclesiæ doctrinis circa
 Mysterium Trinitatis consoni erant, con-
 scribebant, eosque die decima octava
 Maij Anno Salutis reparatæ millesimo
 quingentesimo quinquagesimo octavo
 exhibebant, ut vero, quid de illis Va-

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

lentinus sentiret, luculentius pateret, cuiuslibet suam desuper opinionem proferendi libertas dabatur; mox vero hic non minus, ac Alciatus contra hosce articulos declamare cœperunt, eorumque potissimum tres, vel quatuor vehementius impugnabant. Verum omnibus Congregatis huic doctrinæ subscribentibus, ipsi recesserunt, ceterorum exempla minime sequi, firmo statuentes animo: unde nonnisi ad summas quorundam Amicorum suorum preces aliorum sententiæ cedebant, expositisque articulis sua quoque apponebant nomina, quamvis vero sat simile sit, quod id a Valentino fide haud integra factum fuerit; hic enim, prout cœperat, sacrilegam suam doctrinam spargere pergebat.

§. LVII.

Valentinus carceris pœna ad ejurandam suam hæresin compulsus.

Interea Calvinus, cum sedulo cuncta Valentini consilia exploraret, e re sua fore arbitrabatur, ut illum vel criminis reum convinceret, vel saltem ad perpetuum silentium cogeret, quapropter ea de re Judices certiores reddens, eos sollicitabat, ut Valentinum carceri darent: Itaque cum Magistratus Calvini monitis aquiesceret, Gen-
tilis

tilis tanquam perjuri reus, necnon de Sæcul. XVI
A.C. 1558.
 innovatis Serveti erroribus convictus
 comprehenditur. Is quidem se tueri sol-
 licitus cuncta hæc probra pernegabat:
 verum testes, qui eum hosce errores
 tradentem audiisse affirmabant, tanto
 numero adversus eum proferebantur,
 ut haud amplius inficiari auderet, quod
 juramenti religionem violasset: nihilo-
 minus, ut plene convinceretur, Calvinii
 potestati relinquebatur, qui adversus
 eum tanta declamabat vehementia, ut
 eum fateri cogeret, quod earum re-
 rum, de quibus cum tanta audacia di-
 sputare attentaverat, penitus ignarus
 esset.

§. LVIII.

*Gentilis palinodia denuo cantata mor-
tis supplicio ereptus.*

Gentilis ad hæc angustias redactus
 suæ salutis haud melius se consul-
 turum existimabat, nisi suis Judicibus
 libellum supplicem porrigeret, in eoque
 suos errores confessus rationes, ac te-
 stimonia proferret, quibus ad novam
 hanc sectam tuendam inductus fuisset.
 Hunc ergo libellum Judices transmit-
 tunt ad Calvinum, qui illum altera die
 refellebat, hancque confutationem mox
 Judices Gentili tradebant, dato nego-
 tio, ut errores suos retractaret, si vero

Sæc. XVI.
A.C. 1558.

id renueret, se mortis supplicio tollendum sciret. Perceptis hisce minis Valentinus Gentilis suos Judices eo inducere nitebatur, ut ipsum tanquam virum, qui pro tuenda veritate mortem oppeteret, paratum crederent: Verum amicorum monitis certior factus, quod adversus eum iudicii acta toto studio instruerentur, brevique mortis sententia in eum pronuntiaretur, simulato errores suos detestandi animo, ad Senatum literas dabat, in quibus Blasphemias suas abominans sincero corde hæreticas suas opiniones, quas hucusque tenuit, palamque tradidit, ejurabat, simulque Judicum suorum clementiam implorans fidei confessionem formulæ nuper a se subscriptæ haud absimilem emittebat. Data est illius epistola die vigesima quarta Augusti.

Hac submissione Judices utcunque contenti eidem vitæ gratiam impertiebantur, imposita tamen poena, vi cuius flexis genibus, capite detecto, soloque vestitus indusio, ac facem accensam in dextera tenens veniam a Deo, suisque Judicibus peteret, necnon palam, altaque voce profiteretur, quod sola perversitate sua, ac horrenda impietate concitatus falsam, & hæreticam doctrinam disseminasset, nunc vero omnes libros, quos ad tuendos suos errores

rores vulgasset, detestaretur, ac ipse-
met in ignem illos projiceret, utpote
mendaciis fidei puritati summe nocivis
repletos. Postea insuper est decretum,
ut ignominioso hoc apparatu instructus
per omnia urbis compita circumducere-
tur. Lata quidem est hæc sententia
die octava Septembris: quæ tamen
prævalente Amicorum ejus potentia
effectui data non fuit; mox enim sine
ulla multa, imo nequidem præstita
cautione, cum fidejussores obtinere non
posset, libertati restituebatur, duntaxat
jurejurando pollicitus, quod absque
Magistratus consensu nunquam urbe ex-
cedere vellet.

§. LIX.

*Geneva auffugiens, ac Lugdunum
delatus.*

Verum eorum, quæ promiserat, ni-
hil omnino exequabatur; quippe
paulo post furtive Geneva excedens, ad
Gribaldum Amicum suum in Gesia-
nam Provinciam auffugit: inde vero
Lugdunum contendens, universum Del-
phinatum, Sabaudiam, vicinasque Pro-
vincias peragratus est, ac tandem ad
eundem Gribaldum rediit, ubi tamen
Gesiani Prætoris jussu in carcerem de-
ductus est: verum Amicorum suorum
ope, ac pecuniis, quas Alciatus ero-
gabat,

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

Sæcul. XVI. gabat, adjutus denuo vitæ periculum
 A.C 1558. evasit: postea vero Lugdunum reverti
 coactus est.

§. LX.

*Tumultus ob Religionem in Scotia
 suscitati.*

Thuan. hist. l. 21. sub fin.
Buchanan hist. Regn. Scot. Mem. de Memvil.
 Interea Religio Catholica in Scotiæ regno magnis exponebatur tumul-
 bus; cum enim Vidua Scotiæ Regina, quæ junioris Reginæ Mariæ Stuartæ Mater erat, haud obscure intelligeret, quod Regni administrationem, quam nonnisi Guisii, & Lotharingii Ducum opera obtinuerat, haud ultra conser-
 vare posset, nisi Protestantibus patrocinium suum impenderet, hinc clandestinos eorum congressus indulgenter tolerabat, eorumque factionem plurimum invalescere, atque augeri patiebatur. Equidem Santandreasus Archiepiscopus, ut hisce hæresum progressibus remoram poneret, nullum non movebat lapidem, irritum tamen conatum hosce Sectatores compescere satagebat, eoquod hi tam numero, quam potentia indies novis incrementis inclarescerent, donec Hispani bellum Gallis nuntiarent: cum vero tum Angli pariter Philippo II. armorum societate jungerentur, & aliunde Regni Administratrix Scotos ad bellum Mariæ Reginæ nuntiandum inducere

ducere haud posset, hinc matrimonium ^{Sæcul. XVI.}
inter juvenem Reginam, & Delphinum ^{A.C. 1558.}
conciliabatur, quo inito rerum facies
in Scotia plurimum mutata fuerat.

§. LXI.

*Protestantium rebellio in hoc Regno
inchoata.*

Cum regni illius Clerici haud igno- ^{Thu. &}
rarent, quod Franciæ Rex ^{Buchan. l. 6.}
novæ sectæ fautoribus parum faveret,
hinc sese a Gallis suffultum iri spera-
bant, si Scotos ad veræ Ecclesiæ sinum
revocare aggredierentur: quinimo ipsa-
met Regina, cum Protestantium ope
haud ultra indigeret, remissiori studio
illis adstipulari cœperat, ac longe alium
erga eos animum induisse videbatur;
quippe in omnibus suis actionibus sin-
gularem mansuetudinem, morumque
comitatem, qua ceterorum animos sibi
conciliatos studiis suis arctius obstrin-
xerat, præseferabat; mox tamen hæc
ipsa lenitas in imperiosam degenerabat
arrogantiam, qua omnibus exosa red-
debatur. Ex altera quoque parte San-
tandreanus Archipræsul de sua extre-
ma, qua Protestantes plectebat, seve-
ritate nihil remittere volens, quemdam
senio gravem, sed inveteratæ hæresis
Presbyterum jussit comburi, nec minus
ceteri

Sæcul. XVI. ceteri quoque Episcopi juncta hujus
A. C. 1558. Archiepiscopi opera quemdam hæreticum Pastorem nomine Paulum Messanum in judicium vocabant, eodem supplicio afficiendum: cum vero hæreticorum turba seditionem concitare inciperet, sententiam ad tempus magis opportunum differebant. Verum hæc ipsa immodica severitas populum exacerbabat, palamque contra Ecclesiasticos querebatur, unde die prima Septembris Edini seditio erupit, eo tempore, quo illa die solemnis habebatur supplicatio: itaque hæretici, eorumque fautores in eos, qui Sancti Ægidii venationem representabant, furibundi irruunt, hujus Sancti effigiem eripiunt, atque in cloacam projiciunt.

§. LXII.

*Seditiosa Scotorum Societas pro
 tuenda spuria reformatione.*

Ex hac ipsa hæreticorum petulantia facile cognoscebatur, quod sensim Cleri autoritas imminueretur, quocirca ad eam rursus firmandam die octava Novembris Edini Cleri comitia celebrabantur, eo fine, ut animi fortitudinem, viriumque fiduciam exhibentes Ecclesiastici dispicerent, utrum calamitatibus undique ingruentibus remedium opponere possent: Attamen re
 in

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

in deliberatioem vocata, interim Protestantium fautores, necnon quidam Æstuarix, & Angulinæ Provinciæ Nobiles per univèrsùm regnum dispersi cunctos hortabantur, ut novæ Sectæ nomen darent, nec se, suosque amicos ejusdem Religionis societate conjunctos ab exiguo hominum numero ferme inermi opprimi paterentur, cum hostes suos utpote numero longe inferiores nullo negotio superare valerent, dummodo ex legum præscripto agere velent, certo persuasi, quod facile, si ipsis libertas vi adimeretur, prævalere possent. Hac spe erecti Sectatores armorum societatem conflabant, quam ex variis urbibus homines quamplurimi suo chirographo firmare, a præfatis Nobilibus jubebantur. Hæc prima fuit conjuratio, quæ in Scotia ad tuendam novæ Sectæ defensionem inita fuit, eaque facta Protestantes, cum se numero superiores cernerent, arrogantius quædam a Regni Administratrice postulare aggrediebantur, hancque in rem Jacobum Sandlandium Equitem de Caldero veneranda senectute conspicuum seligunt, eumque ad Reginam ablegant, quam ille adiens, se ad acceptandam hanc legationem necessitate compulsus aiebat, simulque Reginæ exponebat, quod quædam quoad Religionem

nem

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

nem mutari oppido necessarium foret: si vero hac in re repulsam ferret, instare periculum inquebat, ne universum Scotiæ regnum in apertas furoris flammæ erumperet, ac populi ad communem seditionem concitarentur. Insuper idem præter alia postulabat, ut Ecclesiarum Ministri in publicis precibus, & Sacramentorum administratione patria lingua uterentur, ut quilibet ea, quæ dicerentur, intelligere posset, dummodo id absque tumultu fieri valeret: petiit etiam, ut juxta antiquum morem Ministrorum electio ad populi suffragium devolveretur.

§. LXIII.

Officium Divinum in lingua vernacula celebrandi facultas Protestantibus indulta.

Thuan. l. 21. Equidem Episcopi sese horum postulatorum temeritati opponerent, unde ingens utrinque disceptatio effervescente cœperat; quamvis autem Regni Administratrix Catholicorum partes pro viribus tueretur, eisque clam, quotiescunque sese occasio offerret, auxilium suum impendere polliceretur, cum tamen tempori cedendum existimaret, publicosque tumultus pertimesceret, hinc Protestantibus indulgebat, ut suas preces

preces perfolvere, Sacramenta admini-
 strare, ac denique omnes ritus in patria
 lingua peragere possent. Postea eorum
 postulata per Nobiles ad Theologos Edini
 agentes transmittantur: hi vero re-
 spondebant, circa Ministrorum electio-
 nem Synodi Tridentini, jurisque Ca-
 nonici decretis standum esse: cum
 igitur Clerici Administratricis cir-
 cumspeditionem carnis prudentiæ in-
 nixam minime ratam haberent,
 ideo hac super re rursus comitia cele-
 brabant, in quibus decretum, omni
 severitate in hæreticos esse animadver-
 tendum. Re comperta Protestantes
 Joannem Areskinum Dunensem Nobi-
 lem postea Marræ Comitem ad eos ab-
 legabant, supplices, ut deinceps Offi-
 cium Divinum in idiomate vernaculo
 celebrare ipsis licitum foret: verum
 Clerici id recusantes nihil de primo suo
 rigore remittendum censebant.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.

§. LXIV.

*Comitia pro supremi Præpositi ele-
 ctione a Jesuitis celebrata.*

Cum hæc interea gererentur, summus
 Pontifex Societatis Præpositum eli-
 gendi facultatem tandem Jesuitis con-
 cedebat: hi igitur omni ex parte So-
 cios suos convocabant, quibus adven-
 tantibus die decima nona Junii sua co-
 mitia seq.

*Ribadin. in
 vita Jacob.
 Laynez c. 13.
 Sacchini in
 hist. Soc. l. 1.
 num. 91. Et
 l. 2. n. 2. Et*

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

I

mitia seq.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.

mitia inchoabant, in prima sessione unice decernentes, ut pro impetranda benedictione nonnulli ad summum Pontificem ablegarentur; hanc ergo in rem Pater Laynesius, & Salmeron seliguntur, qui altera die ad Vaticanum Palatium contententes summum Pontificem adibant, qui eos etiam perbenigne excipiens non sine animi sui lætitia illis bene precabatur, cum vero sermonem ad D. Mariam Magdalenam converteret, atque in amplas hujus Sanctæ laudes excurreret, occasione inde arrepta Jefuitis hæc insinuabat: „summo opere
„deceret, ut & vos ad decantandas
„Dei laudes chorum institueretis: Divinum enim Officium ad corda nostra illo charitatis igne, quo Magdalenæ cor ardebat, inflammanda aptissimum est. His addidit Pontifex:
„ratum omnino habeo, quod vestra celebretis comitia, insuper plenam vobis libertatem relinquo, vi cujus statuta, quæ ad Societatis incrementum necessaria censebitis, in illis condere possitis: vehementer tamen exopto, ut ea die, qua pro eligendo Præposito suffragia laturos estis, meo nomine Patrecus Cardinalis electioni interfit: de cetero, quotiescunque mea indigueritis ope, semper liberum habebitis accessum.„ His dictis Cardinali Caraffæ

Caraffæ negotium dabat, ut ad congruam sustentationem durantibus hisce comitiis omnia necessaria suppeditari curaret, quod ad amissim fuit effectui datum: Igitur altera die omnibus una congregatis Pater Laynesius cuncta, quæ a Divi Ignatii obitu gesta fuerant, paucis verbis exposuit: postea vero præprimis sancitum, ne ullum statutum, aut decretum fieret, priusquam supremus Societatis Præpositus fuisset electus: cum autem Papa haud obscure significasset, quod futuræ electionis modum nosse perciperet, hinc Patres libellum supplicem ad Papam per Patrem Laynesium transmittabant, quem Paulus IV. benigne recipiens pro illius discussione quatuor Cardinales designabat: septima autem post die, seu secunda Julii denuo conventus habebatur.

Sæcul XVI.
A.C. 1558.

§. LXV.

Pater Laynesius in secundum Societatis Præpositum post D. Ignatium electus.

Postea Pacecus Cardinalis, qui Pontificis jussu hisce sacris comitiis intererat, congregatos Patres securo animo esse jubebat, ipsisque injungebat, ut eum, quemcunque administrandæ Societati, vacantique dignitati maxime idoneum

*Ribad. l. c.
Sacchini
n. 30.*

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

judicarent, non modo ad proprium Societatis, verum etiam Ecclesiæ Dei commodum in Præpositum Generalem nihil verentes eligerent: his quoque addidit Cardinalis eos sic alloquens: „visum „est Pontifici justis de causis utilius Societati fore, si perpetuum illud Præpositi Generalis, non annuum, ac tempore circumscriptum munus esset: Pontificem autem non solum parentis, ut „omnes pii solent, sed & Parentis singularis loco habeatis, ob magna vestræ „Sodalitatis in Ecclesiam merita, & in „tuenda Religione Majorum officia. „Hac Cardinalis petitione Patres haud parum læti publicis acclamationibus suum gaudium, animique gratitudinem eidem testabantur, mox vero pro futura electione ad suffragiorum collationem procedebant, cunctisque summa tranquillitate compositis unanimi omnium suffragio Pater Laynesius cunctis applaudentibus in Præpositum eligitur. Peracta illius nominatione Patres Ecclesiam accedentes ibidem Hymnum Ambrosianum decantabant: Cardinalis vero Pacecus ad Pontificem reversus demandati sibi negotii seriem exposuit, ac de Laynesii electione eundem certiore reddidit.

§. LXVI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.*Oratio Pontificis ad Patres congregatos.*

Die sexta Julii, quæ octava erat Festi SS. Apostolorum Petri, & Pauli dies, cuncti Patres ad Summi Pontificis pedes deosculandos, atque ad obtinendam illius benedictionem Palatium accesserunt, quos Papa summa benignitate excepit, ac eorum Societatem plurimi a se haberi testatus est, posteaque illos ad suum cubile accersivit, ubi omnes in orbem ejus genibus advolutos per quartam ferme horæ partem illos latina hac oratione alloquebatur. *Summa animi voluptate, dilecti filii, Deo, a quo omne donum perfectum manat, gratias agimus, quod in vestro Præpositi Generalis delectu præsens adesse voluerit, conventumque, ut constat, legitimum, & ratum habuerit: ea enim in tanta nationum varietate consensio, amorisque mutui ardor extitit, ut nonnisi a divino Spiritu, qui rite congregatis adesse solet, profecta esse videatur: planum enim factum est omnibus, societatem vestram non arenæ inædificatam, sed firmæ petræ, & angulari lapidi Christo Jesu inniti. Et vero permagni intererat primum hunc ab Ignatii Loyolæ morte conventum, delectumque sociorum bene, feliciterque evenire, ut norma posteris,*

Ribad. & Sacchini l. c.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

*Et Regula esset, Et tanquam fax prælu-
ceret, in quam Et alii, Præpositis morte
amissis, socii respectarent. Hæc nos spe-
rare Deus jubet, qui hunc Societati spi-
ritum indidit, consensumque animorum sum-
mum attribuit. Augebit item in immen-
sum cætum vestrum, dabitque Et perficere,
qui dedit Et velle ad nominis sui gloriam,
utilitatemque communem.*

Postea ad Laynesium Præpositum
Generalem conversus Pontifex, eundem
(si tamen Societatis Historiæ, ac Jesui-
tis hunc sermonem referentibus fides
habenda,) his verbis allocutus est. Su-
per te vero dilecte fili fors cecidit, ut So-
cietatis familiam duceres, quæ a parvi-
primum ducta principiis, ut Et Ecclesia
Dei, magnopere crevit: non solum tantis
laboribus non deficias, sed illustrior, ma-
jorque indies existens. Sedes hæc Ponti-
ficia Et fovit adhuc socios, Et fovebit
deinceps amantius, non ignara, quanto id
Ecclesiæ Catholicæ commodo fiat, cui vos,
vitamque, Et labores omnes consecratis
nullum capitis periculum refugientes, dum
Dei causa salva sit, atque Religio: spes
itaque bona nos tenet, fore, ut posthac o-
pera, diligentiaque vestra corrupti mores
ad pristinam disciplinam revocentur, cres-
catque indies magis, magisque Dei cultus:
quare non otio, sed labori indulgendum,
non deliciis, sed cruci ferendæ, danda est
opera:

opera: non est enim, ut Christus ait, ser-
 vus major Domino suo, si me persecuti
 sunt, & vos persequentur. Hunc vobis
 ad imitandum proponite, currentes ad pro-
 positum certamen, aspicientes in auctorem
 fidei, & consummatorem Jesum, qui, ut
 Paulus ait, proposito sibi gaudio, sustinuit
 crucem, confusione contempta: proponite &
 Apostolorum Principem Petrum, qui, ut
 Christum unice amavit, sic & crucis in-
 fame supplicium libenter sustinuit, & in-
 verso capite deorsum, ne Magistro æqua-
 retur, mori voluit. Proponite denique ve-
 teris, novique testamenti sanctos viros, quo-
 rum una omnium vox fuit: propter te
 mortificamur tota die, & facti sumus ve-
 lut oves occisionis. Quem Prophetarum
 non sunt persecuti Patres vestri, objecit Ste-
 phanus Judæis. Christus quoque: & vos
 implete mensuram Patrum vestrorum. Vi-
 detis dilecti filii, Ecclesiæ Catholicæ labo-
 rantis statum, ab iis undique hostibus cir-
 cumventæ, qui Christi sponsam extinctam
 maxime vellent. Si bellum duntaxat indi-
 xissent gentes, Judæi, Barbari, & novi
 orbis incolæ a christiana fide alieni, seren-
 dum forsitan esset, insciticæque tribuendum:
 sed eos, proh dolor! infestissimos hostes na-
 ti sumus, qui ex nobis exierunt, & Chri-
 sti se nomine jactitant, lavacro etiam Ba-
 ptismatis tincti. Quæ cum ita sint; vi-
 gilare vos, ut fortes milites, & in statione

Sæcul. XVI.
 A.C. 1558.

Sæcul. XVI
A.C. 1558.
ne excubare decet : erit enim tempus, quantum provideo, cum & nomen vestrum improbis invisum, & sanam doctrinam adversarii non sustinebunt : sed pergite, ut cœpistis, ad brævium æternæ gloriæ currentes, ut aliquando comprehendatis. Non vos labor, periculaque deterreant, non debilitent minæ, non mortis metus frangat, sed ipsi vos holocausta offerte Deo in odorem suavitatis, ac contra omnes hæc vexationes roborate pectora vestra, ad quod agendum vos animet eximius erga Magistri vestri honorem amor, ejusque gloriæ, ac animarum salutis studium, nec non solliciti sitis, ne vos seducat Principum favor, nec eorum minæ vos deterreant, aut sæculi honores obcæcent, ac ruinæ occasionem præbeant (*).

§. LXVII.

Electio Superiorum Majorum.

Sacchin. n. 44
Et 45.
Bauhous
in vita
S. Ignat.
l. 3. p. 251.
Postea Patres continuatis hisce comitiis eligebant Generalis Ministros, Assistentes, & Monitorem, seu quemdam Virum prudentia, ac virtutibus conspicuum, qui Præposito Generali in variis occasionibus prudens consilium suggerere possit, id enim a Divo Ignatio ita fuit constitutum, hoc que munus Polanco

(*) Hæc in oratione a Ribadeneira recitata non leguntur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.

lanco est demandatum. Porro in Affi-
stentes feligebantur quatuor, ac qui-
dem Madrutius pro Italia, & Sicilia: Na-
talis, seu Nadalius pro inferiori, & su-
periori Germania, & Gallia: Gonsalvus
pro Lusitania, Brasilia, Æthiopia, &
Indiis: denique Polancus pro Castella,
Arragonia, & Bœtica. Hi nonni-
si a duobus illis, qui Generalem elegerant,
fuere nominati: ad cetera vero negotia
quinque Provinciarum Procuratores in
consilium vocabantur: prima autem
omnium sollicitudo eo tendebat, ut
Constitutiones a Patre Ignatio conscriptæ
reciperentur, eæque typis vulgarentur.
Sub idem quoque tempus circa studia,
ac selectum Autorum, quos in Theologicis,
ac Philosophicis materiis sequi oporteret,
decretum fuit editum, quamvis id ipsum
jam antea Sanctus Ignatius præscripsisset.

§. LXVIII.

*Decreta pro studiis, & Auctoribus
Theologicis in Societate ad-
optandis.*

Hic idem Sanctus præcipuam in eo
curam impendebat, ut ejus Societas
scientiarum laude emereret, atque
ab ea procul abessent privatæ opiniones,
quæ a sententiis passim in schola re-
ceptis,

*In Deol. ad
cap. 14. p. 4.
Const. litt. B.
Bouhours
vie de S. I-
gnace l. 4.
p. 374.*

Sæcul. XVI
A C. 1558.

ceptis, ac sacræ Scripturæ, necnon Sanctorum Patrum doctrinæ consonis recederent: semper enim Ignatius novitatibus in Theologiam, Philosophiam, & Grammaticam investis sese opponebat; quapropter, cum D. Thomæ doctrinam, ac sana dogmata, quæ ex hoc fonte ubertim hauriri posse noverat, plurimi haberet, suis discipulis hujus Doctoris sententias vel maxime commendabat, atque ipsemet Pater Laynesius hanc D. Ignatii Constitutionem innovare satagebat, habito conventu Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo: primis tamen hisce verbis a Societatis Fundatore adductis: *Prælegatur Vetus, & Novum Testamentum & doctrina Scholastica Divi Thomæ*, Laynesius addidit: „prælegatur etiam, seu explicetur Magister sententiarum: si vero „progressu temporis alius Auctor studiosis magis utilis ederetur, sique a quopiam Summa, seu Theologiæ Scholasticæ tractatus nostro ævo magis commodus elucubraretur, hic præmissio maturo examine prælegi poterit, dummodo prius Societatis Patres ad ferendum ejusmodi judicium magis idonei, desuper deliberarint, ac Præpositi Generalis approbatio accesserit. „

§. LXIX.

Sæcul. XVI.
A.C. 1558.*Patris Laynesii sollicitudo in admini-
stranda publica re Societatis.*

Dimisso Conventu nil antiquius ha-
buit Pater Laynesius, nisi ut ad ad-
ministrandam Societatem omnem
curam converteret, quapropter præpri-
mis decreta, ac nuperæ Congregationis
statuta in usum deduci præcepit, atque
Italicam Provinciam, ut commodius lu-
strari posset, in duas divisit, quarum u-
na fuit Provincia Longobardica, eam-
que ipsam hodie in duas divisam Medio-
lanensem, & Venetam videmus: illam
vero administrare cæpit Benedictus
Palmius: Porro altera Provincia erat
Etrusca, quæ a Ligurum ora ad Anco-
nam usque sese extendit, suoque ambi-
tu ditionem, quæ proprio nomine E-
truria vocatur, necnon Genuam, ejus-
que oram, Umbriam, & Marcam Anco-
nitanaam complectitur, eique Provincia-
lem dedit Laynesius Petrum Ribade-
neiram. Insuper ad Patres, qui in In-
diis Orientalibus Evangelium annuntia-
bant, ut eos ad tolerandos pro Christi
nomine labores, atque ærumnas exci-
taret, literas dedit admodum pias, at-
que Religionis fervore plenas. Scripta
erat hæc Epistola Romæ die duodeci-
ma Septembris Anno Domini mille-
simo

*Ribad.
Sacchini l. c.*

Sæcul. XVI. fimo quingentesimo quinquagesimo
 A.C. 1559. octavo.

§. LXX.

*Pontificis consilium de Generalatu
 duntaxat ad triennium exten-
 dendo.*

Sacchin. n. 58 Interea summus Pontifex a quopiam
Et 59. sollicitabatur, ut Jesuitarum Genera-
 latum esse perpetuum minime toleraret,
 sed duntaxat ad triennium restringeret:
 hinc Papa hoc consilium sequi constituit,
 atque in primo, quod Pater Layne-
 sius unacum Salmerone habuit, collo-
 quio eidem significavit, quod Societati
 longe magis proficuum fore censeret, si
 Præpositi Generalis munus duntaxat ad
 triennium extenderetur; cum id quo-
 que apud Benedictinos, Sanctæ Justinae
 Religiosos, aliosque usuveniat, non sine
 magno illorum commodo: proin postu-
 laret, ut Societatis etiam Generalis e-
 volutis tribus annis suo officio abiret,
 atque expleto hoc triennio Sedis Apo-
 stolicæ arbitrio relinqueretur, aut prio-
 rem Præpositum confirmare, vel alium
 nominare.

§. LXXI.

*Elisabethæ animus a vera Religione
 alienus.*

Interea

Interea turbidus Religionis status in Anglia adeo intentum distinebat Pontificis animum, ut quocumque aliud negotium postponere videretur; Elisabetha enim Regina assiduo studio elaborare nitentur Religionis, seu illius potius everfionis normam, quæ abs dubio veræ fidei summopere noxia, suoque Regno exitiosa a recte sentientibus credebatur. Denique pluribus ejusmodi formulis sæpius confectis, quæ nec penitus rejectæ, nec omnino approbatæ fuerant, tandem totum negotium ad regium devolvebatur Senatuum, quem Elisabetha ad diem vigesimam quintam Januarii Anni nostræ Salutis millesimi quingentesimi quinquagesimi noni indicebat: Interea vero in mandatis dabat, ut Evangelia, Epistolæ, oratio Dominica, Symbolum, & Decalogus in lingua Anglica recitarentur, necnon in eodem idiomate lytaniæ cantarentur: Sacerdotes vero haud amplius S. Hostiam elevarent, sed in posterum rem divinam juxta ritum in Regio Sacello usitatum peragerent.

§. LXXII.

*Regina Westmonasterii coronata;
initium Regii Senatus.*

Ineunte anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo nono Elisabetha

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

*Cambden in
hist. Regni
Elisab.
Burnet hist.
ref. l. 2. p.
558. & seq.*

*Burnet
p. 564.
Cambden l.c.*

Sæcul. XVI. fabetha Regina nonnullis quasdam con-
 A.C. 1558. ferebat dignitates, Heatho autem Ebo-
 racensi Archiepiscopo regii Sigilli custo-
 diam ademit, illamque Baconi commi-
 fit. Demum die decima tertia Januarii
 ab Oglethorpio Carleolensi Episcopo
 Westmonasterii coronata fuit, cum ce-
 teri Episcopi ad hunc ritum suam ope-
 ram locare nollent, eoquod Regina
 jamiam se Romanæ Ecclesiæ hostem sat
 aperte declarasset. Finita hac inaugu-
 ratione more consueto præteritorum de-
 lictorum oblivio promulgabatur, ac de-
 nique prima Reginæ cura eo abibat, ut
 Senatus celebraretur, cui etiam die vi-
 gesima quinta Januarii initium dabatur
 perorante Nicolao Bacone supremo regii
 Sigilli Custode, qui præprimis deplo-
 randam Angliæ omni ex parte deva-
 statæ conditionem, necnon populi ca-
 lamitates utrique Curiaë exponebat;
 postea vero, quicquid in novæ Regi-
 næ laudem excogitari poterat, jactantius
 afferebat, palamque veterem Senat-
 um ob amissam Caletensem urbem redar-
 guebat. Denique declarabat, quod Re-
 gina mox Religionis negotio adlaborari
 percuperet, eoquod dissidia circa fidem
 præ ceteris urgentissimum forent, malum
 cui remedium eo promptius afferre oport-
 teret. His ita expositis hortabatur po-
 pulum, ut media incederet via, quæ
 duo

*Leti vie
 d' Elisabeth
 t. 1. 1. 3.
 p. 329.*

duo extrema superstitionem, atque ^{Sæc. XVI.} idololatriam ex una, ex altera vero ^{A.C. 1559.} parte rerum Sanctarum vilipensionem, ac religionis neglectum ex æquo declinaret, cum hac ratione medium excogitari posset, cujus beneficio tam hujus, quam alterius Religionis Sectatores in uno, eodemque cultu adunari valeant.

§. LXXIII.

Regina ad ineundas nuptias a Senatus Deputatis rogata.

Interea continuabantur Senatus Regii Sessiones, in quarum una die trigesimo Januarii celebrata propositum fuit, decimas, Annatas, nec non decimam reddituum partem ex clientelariis prædiis regio ærario reddendas. Annuit utraque Curia, ringentibus licet Eboracensi Archiepiscopo, ac sex aliis Præsulibus. Postmodum die quarta Februarii utriusque Curie Patres quemdam Oratorem unacum quadraginta Deputatis ad Reginam ablegabant, ut eidem exponerent, quod omnium subditorum affectum in se quidem rapuisset, cum tamen eam haud a mortis imperio exemptam crederent, ideo perdemisse rogarent, ut sibi Maritum seligeret, ex cujus consortio ipsamet sibi vitæ felicitatem, animique jucunditatem, communemque Nationi prospere

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

prosperitatem conciliare, ac post illius obitum superstiti prole copiosa Regno dignum Successorem relinquere valeat. Elisabetha officiosam hanc salutationem perbenigno responso excipiens dextram suam cunctis Deputatis deosculandam præbebat, hæc subjungens verba: „Pergrata mihi fuit vestra circumspectio, „qua mihi nec tempus, nec Perionam „præscribere voluistis: fateor equidem, „quod libertatis, qua hæctenus fruor, „conditio mihi admodum grata, & accepta sit: si tamen vel unquam con- „nubii causa me eadem hac libertate „privabo, talem feligam Maritum, qui „populo meo non minus sit acceptus, „quam utilis: de cetero autem accepto „Regni diademate omnibus meis subditis „desponsata sum, ac cunctos filiorum instar habebō, & quandocunque fatiscedere cogar, summo mihi erit gaudium, si meo tumulo hæc verba inscripta legantur: *Hic jacet Elisabetha Regina, quæ tot annis Regina, & tota ætate sua virgo existit.*

§. LXXIV.

Jura successionis Elisabethæ solemniter in Senatu asserta.

*Cambd. in
annual. vit.
Elif.
Bournet
p. 569.*

Die nona Februarii Proceres ratum habebant edictum, vi cuius Elisabethæ jus ad regnum tanquam validum agno-

agnoscebatur, simulque illa suæ dignitati, ac natalium juribus restituta fuerat, etiamsi ex Anna Bolena progenita esset. Equidem non pauci vehementer admirabantur, quod sententia divortii inter Henricum VIII. & eandem Annam Bolenam non fuerit declarata tanquam irrita, nec etiam revocatum sit edictum juxta hanc sententiam antea promulgatum, vi cujus Elisabetha ex adulterino complexu nata ostendebatur: eapropter hoc negotium quantocius ad maturiorem revocatum est deliberationem: verum regii Sigilli Custos superioris Curiae Patribus hæc respondit:

„diadematis splendor cujuscunque generis vitia, & maculas contegit;
 „aliunde si Regina ob præteritos nævos redargueretur, etiam Regis Patris sui honor læderetur, atque Reginæ jura per exactam nimis disquisitionem minus firma redderentur, cum tamen nunc id agatur, ut eadem omnibus comprobata fiant: quapropter, quin de revocandis prioribus decretis agatur, sufficit, quod per solemne edictum generalibus conceptum verbis promulgetur, Reginam ad Angliæ sceptrum per legitimas vias esse vocatam., Hoc consilium secuta utraque Curia declarabat, quod Elisabetha legitima sit Angliæ Regina, illaque recto

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. K ordine,

Sæcul. XVI. ordine, modoque legitimo ab Angliæ
A. C. 1559. Regibus descendat, sceptrumque illi
 soli absque controversia debeatur, ut
 proin etiam Successionis jura ad ejus-
 dem liberos, si quos susceptura esset,
 legitime devolventur, eaque ex ra-
 tione utriusque Curia Patres, qui tri-
 plicem Regni statum repræsentant, Re-
 ginæ jus tanquam validum agnoscerent,
 ac pro illius defensione sanguinem pro-
 fundere parati existerent.

§. LXXV.

*Parkerus aliquæ Theologi Eduardus
 Lithurgiam recognoscere jussi.*

Postquam edictum circa Reginæ jura
 communi suffragio fuisset approba-
 tum, Senatus Regii cura sese ad Reli-
 gionis negotia extendebat, circa quæ
 pariter plura condebantur statuta, ac
 præprimis Matthæus Parckerus olim
 Annæ Bolenæ Eleemosynarius, cui ab
 eadem morti proxima olim Elisabetham
 Filiam suam educandi, eamque in Re-
 ligione instituendi sollicitudo fuerat de-
 mandata, nunc a Reginæ Proceribus
 unacum quibusdam ejusdem surfuris
 Theologis nominabatur, ut *librum com-
 muniæ precum* (prout vocabatur) re-
 cognoscerent, ac corrigerent, hinc huic la-
 bori una omnes a Mense Decembri us-
 que ad Februarium infudabant. Ce-
 terum

terum hic liber re ipsa non alius erat, quam Sæcul. XVI.
 Eduardi VI. Liturgia Ordinationum for- A. C. 1559
 mam continens: in ea tamen quatuor
 erant articuli, quos Regina tolerare
 haud poterat, eorumque primus con-
 cernebat ritus: alter vero S. Imaginum
 cultum, & tertius tangebatur Præsentiam
 realem Corporis Christi in Eucharistia,
 quartus denique agebat de Primatu, seu
 supremo Ecclesiæ Capite: Cum autem
 Regina res cum pompa, ac solemnitate
 peragi gauderet, hinc circa primum
 articulum Eduardi Ministros carpebat,
 quod exteriorem Ecclesiæ ornatum ultra
 modum restrinxissent, nimiumque Re-
 ligionem externo cultu spoliassent. Sa-
 cras quoque Imagines in Ecclesiis con-
 servandi animum valde propensum ex-
 hibebat; has enim ad excitandam pie-
 tatem plurimum conferre optime nove-
 rat: prævalebat tamen adversantium
 pars, adeo, ut Regina Sacrarum ima-
 ginum hostibus sese opponendo impar-
 esset: hi quippe hujus rei abusus tan-
 topere exaggerabant, ut illa non modo
 Imagines ex Ecclesiis eliminari præci-
 peret, sed etiam subditis suis eas in suis
 domibus conservare prohiberet: unde
 in illis non nisi Crucifixi imago conspi-
 ciebatur; quinimo hæc duntaxat in re-
 gio Sacello fuit retenta; nam ab eo

Sæcul. XVI. loco Regina, ut illam amoveret, per
A. C. 1559. suaderi haud poterat.

§. LXXVI.

*Liturgia circa realem præsentiam
mutata.*

*Burnet l. 3.
p. 579. &
seq.*

Ceterum Elisabetha majorem animi
firmitatem circa articulum de Eu-
charistia præseferbat; existimabat enim,
quod Eduardi tempore quædam dog-
mata arctis nimium limitibus, vocibus-
que plus æquo restrictis fuerint circum-
scripta, resque verbis longe ampliori-
bus, quorum effugiis utrique adversan-
tium parti satisfaceret, explicanda fo-
ret: eapropter voluit, ut modus, quo
Christus Dominus in Eucharistia præ-
sens est, verbis minus limitatis expo-
neretur, simulque ritus pro communio-
ne verbis adeo caute positus præscribe-
rentur, ut præsentia corporalis non
damnaretur, atque eo ipso omnes Angli
in una sola, eademque Ecclesia uniti
persisterent: hinc Regina Theologis in-
junxerat, ut nihil omnino inferant, quo
hoc dogma de reali præsentia censura
perstringi videretur, sed potius rem
tanquam opinionem scholasticam, quam
amplecti, vel rejicere unicuique libe-
rum foret, haud decisam relinquerent:
quapropter ex Eduardi Liturgia dele-
batur rubrica, qua rationes exponeban-
tur;

tur, propter quas Ecclesia Anglicana Sæculi XVI.
 Communionem flexis genibus recipi A.C. 1559.
 præcipit; dicebatur enim ibi, quod —————
 hac submissione Ecclesia corporali præ-
 sentiaë Carnis, & Sanguinis Christi nul-
 lam adorationem exhibere intendat, cum
 hæc ipsa caro & Sanguis nullibi nisi
 in cœlo sit. Alia quædam eodem ferme
 modo corrigebantur; cum enim juxta
 priorem Eduardi liturgiam Sacerdos
 panem, & vinum Communicantibus
 porrigenis, hæc verba pronuntiaret:
*Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu
 Christi custodiat animam, & corpus tuum
 in vitam æternam:* in altera autem ejus-
 dem Eduardi liturgia hæc verba expun-
 gerentur, eoquod nimium reali Præsen-
 tiaë favere censerentur, eorumque loco
 sequentia apponerentur: *Accipe, & man-
 duca hoc in memoriam, quod Christus Do-
 minus pro te sit mortuus: Pasce te illo in
 corde tuo per fidem, & cum gratiarum
 actione, vel bibe hoc in memoriam, quod
 Sanguis Christi sit effusus pro te, & red-
 de illi gratias:* nunc ergo utramque hanc
 formam Reginæ Ministri, cum eorum
 opinionibus satis accederet, simul esse
 jungendam decernebant.

Sæcul. XVI.

§. LXXVII.

A. C. 1559.Anxius Elisabethæ animus circa articulum de supremo Ecclesiæ Capite.

Burnet

p. 558.

Es 571.

Porro caput de Primatu Ecclesiæ in reformatione Anglicana tam immodice extendebatur, ut Elisabetha hunc articulum comprobare, sibi Religioni duceret, ac summopere abhorreret, quod mulier supremum Ecclesiæ caput, primaque potestatis Pastoralis origo censetur, cum tamen ob sexus sui conditionem ejusmodi muneris omnino incapax sit: quapropter hujus rei abominatio tandem manifestum reddebat, ad quam insulsa dogmata spurii hi Reformatores prolapsi fuerint: quinimo ipsamet Regina sese immodicæ huic novitati opponerebat, remque prorsus risu dignam animadverterebat, cum vero, netanta prærogativa semetipsam spoliaret, e re sua fore, aut saltem hunc titulum semper conservari, humanæ prudentiæ jura deponere existimaret, hinc prævalentibus hisce rationibus aurem occludebat omnibus aliis argumentis, propter quæ hanc usurpationem abominari, aliunde permovebatur. Itaque non modo titulum supremi Ecclesiæ Capitis acceptabat, sed etiam illius munia, quantum poterat, exercebat, sub alio licet nomine

mine, quod idem ac *Caput Ecclesiae* Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
significabat. Præterea promulgato Senatus edicto ecclesiastici Primatus dignitas Regiæ auctoritati fuit attributa, simulque declaratum, quod Ecclesiasticos visitandi, Ecclesiae abusus corrigendi, ac reformandi jus perpetua lege Regiæ potestati sit annexum, nullusque unquam publicum munus, five sit civile, five militare, vel Ecclesiasticum, exercere valeat, nisi prius addita juramenti Religione profiteatur, quod Regina in omnibus causis tam sæcularibus, quam Ecclesiasticis per universum Angliæ regnum suprema sit Ecclesiae Administratrix. Ecce tandem! ad quam risu dignum nomen Elisabethæ anxietas redigebatur; in nullo enim puncto Henrici VIII. leges moderabatur, nisi quod subditi contentam in *Primatus*, uti vocant, *juramento* supremi capitis prærogativam haud amplius profiteri adstringerentur, cum tamen regnante Henrico VIII. capitis poena imposita fuisset illis, qui hoc juramentum præstare recusarent, nunc vero sub Elisabetha duntaxat bonis spoliarentur. Hanc insulsam immutationem Reginæ a quodam celebri Protestantium Ministro nomine Levero fuisse suggestam, referunt Scriptores.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. LXXVIII.

*Varia Anglici Senatus statuta circa
Religionem.*

*Cambd. in
ann. vit.
Elif.*

His ita dispositis unice adhuc requi-
rebatur, ut de his omnibus immu-
tationibus nuperrime factis ad auctori-
tatem illis conciliandam decreta con-
derentur: quapropter Senatus, quam-
primum eidem hæc liturgia recens e-
mendata exhibebatur, huic negotio in-
fudare cœperat, moxque ex Curix in-
ferioris tribunali die decima quinta Fe-
bruarii circa Divinum Officium in patrio
idiomate celebrandum futuræ legis for-
mula prodibat, quæ etiam postea vim
statuti obtinebat: Die autem vigesima
prima ejusdem Mensis alia ejusmodi
forma concipiebatur, vi cujus supremi
Capitis auctoritas per universam Angliæ
Ecclesiam Reginæ reddebatur; a curiæ
tamen Proceribus illa nonnisi die de-
cima octava Martii suscipiebatur, incas-
sum reclamantibus Eboracensi Archie-
piscopo, Saresberienfi Comite, & Vi-
cecomite Montacuto, necnon Londi-
nensi, Viacomienfi, Vigornienfi, Taf-
fienfi, Conventrienfi, Lichfeldiano, Exo-
nienfi, Castrienfi, Carleolano Episco-
pis, præter Westmonasteriensem Abba-
tem, qui una omnes ementitum hunc
Primatam omnibus viribus impugna-
bant.

bant. Verum hic titulus, quem Cle-
 rus in hoc Senatu Reginæ attribuere
 renuebat, in Londinenſi Synodo Anno
 Domini millefimo quingentefimo ſexa-
 gefimo ſecundo ab eodem tam primi,
 quam ſecundi Ordinis Clero communi
 conſenſu acceptabatur: quapropter is
 hoc anno Chriſti millefimo quingentefi-
 mo quinquageſimo nono duntaxat ha-
 bita temporis ratione obſtitiffe videtur;
 cum enim Clerici regnante Maria palam
 Pontificis obſequium profiterentur, de-
 centiæ leges vetabant, ne prima occa-
 ſione adverſus Papam ſeſe rebelles de-
 clararent. Denique die decima ſeptima
 Martii cuncta confirmabantur edicta,
 quæ ab Eduardo vi jaçtatæ auctori-
 tatis ſuæ circa Religionem fuere promul-
 gata: quarto autem poſt die Reginæ eo-
 dem cum jure, quod olim uſurpabat
 Eduardus, Episcoporum nominatio re-
 linquebatur. Inſuper conditis aliis de-
 cretis Officium Divinum eodem ubique
 ritu celebrandum eſſe decernebatur, ſi-
 mulque Reginæ permiſſum, ut vacan-
 tium Episcopatum ditiones ſibi vendi-
 cet, dummodo feudi nomine juxta il-
 lorum valorem decimas redderet: in-
 ſuper eidem omnes Religioſorum Con-
 ventus cedebantur. Tandem etiam de-
 cretum, quo ſub Eduardi VI. Regimine
 omnes Catholici Episcopi damnabantur,

Sæcul. XVI.
 A. C. 1559.

Sæc. XVI
A. C. 1559

tanquam justum, & legitimum fuit declaratum. Cuncta hæc fuerunt stabilita, nullo ferme obsistente, exceptis tamen quibusdam Proceribus Laicis, qui veluti contra torrentem obsistere audebant, suamque oppositionem etiam ad acta referri curabant: verum horum numerus ceteris longe inferior erat.

§. LXXIX.

Primorum Delegatorum Curia in Angliæ Regno stabilita.

Burnet
p. 572. &
573.

Postquam Regina potestatem, seu primum Ecclesiæ Primatum, necnon hoc munus per suos Deputatos exercendi facultatem obtinuerat, ex hoc monstro quantocius nascebatur recens tribunal, quod *primorum Delegatorum Curia* appellabatur. Hæc ex certo Commissariorum, ut vocant, seu Judicum numero conflata communi suffragio illa fungebantur potestate, quam prius Henricus uni soli sub Vicegerentis nomine commiserat. Hanc in rem Regina Clericorum sententiam expetebat, qui etiam eidem haud ægre consentiebant, certo persuasi, quod unius solius Viri auctoritas hoc munere nimium potens evaderet, proin illam inter plures partiri magis expediret: Insuper sperabant Ecclesiastici, quod ipsi in ejusmodi officio

cio potiozem obtenturi sint partem, nec ultra subjiendi forent pleno laicorum arbitrio; cum hi per tot sæcula ab Ecclesiasticis dependere soliti nullam prætermiffuri forent occasionem, qua dominationis jacturam sarcire possent, si vel unquam Ecclesiasticis prævalendi ansam aucuparentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. LXXX.

Sacerdotes Verbum Dei absque speciali licentia annuntiare a Regina prohibiti.

Priusquam omnes hæ novitates fuerant stabilitæ, quidam Ecclesiastici adversus eos, qui ejusmodi immutationes invehere cœperant, acriter declamabant; quapropter Regina prohibuit, ne quisquam sine licentia regio sigillo munita ad populum diceret: cum autem ipsa quoque vereretur, ne in suis ausibus per Clericorum comitia impederetur, hinc Ecclesiasticis una congregatis inibuit, ne ullos Canones, seu decreta conderent. Hoc Reginæ edicto, cujus injustitia omnibus erat manifesta, haud parum exacerbabantur inferioris Curix Patres: unde Orator, seu Præses nomine Harpsfeldius libellum supplicem a Deputatis Reginæ exhibitum concinnabat. In eo quinque Religionis Catholicæ articuli fuerunt stabiliti,

quo-

Sæcul. XVI.
A.C. 1559. quorum primus erat: Christus Dominus est corporaliter præsens in Eucharistia. II. In hoc Sacramento nulla alia adest substantia, nisi Corpus, & Sanguis Salvatoris nostri. III. In Missa datur Sacrificium propitiatorium pro vivis, & defunctis. IV. Sanctus Petrus, ejusque legitimi Successores Ecclesiam regendi, gregemque pascendi potestatem habent. V. Solis Ecclesiæ Pastoribus doctrinam definiendi, Sacramentorum administrationem præscribendi, ac divini officii Ordinem stabiliendi jus competit. Hic idem libellus ansam præbebat, ut ex quavis contendentium parte novem feligerentur Doctores, qui colloquio in Abbatiali Westmonasteriensi Ecclesia instituto utriusque partis rationes discuterent.

§. LXXXI.

Colloquium inter Doctores Catholicos, & Protestantos.

Porro ex Catholicis convenerant Episcopi Viacomienfis, Lichtfeldienfis, Cestriensis, Carieolanus, Lincolnienfis præter Colum, Harpsfeldium, Langdalum, & Chedseium Doctores: Protestantium vero nomine aderant Scorius antehac Cestriensis Episcopus, Coxus, Witeheadus, Grindalus, Hornius, Sandfes, Gueftus, Almerus, & Jewelus.
Hoc

Hoc itaque colloquium die trigesima prima Martii inchoandum decernebatur, simulque propositi fuere articuli ibidem agitandi, quorum tamen non nisi tres erant, & quidem. I. An Verbo Dei, & veteri Ecclesiæ non advesetur, si in lingua populo haud cognita Officium Divinum celebretur, & Sacramenta administrentur. II. Utrum cuilibet Ecclesiæ Officii Divini ritus præscribendi, emendandi, vel abolendi jus omni tempore fuerit concessum, si id fidelium pietati haud repugnet. III. An ex Dei Verbo comprobari valeat, quod in Missa detur Sacrificium propitiatorium pro vivis, & defunctis. Insuper sancitum, ut scriptotenus disputatio fieret, atque Episcopi præ ceteris primi huic certamini initium facerent, & præprimis suas rationes circa primum articulum prælegerent: his vero auditis postea Protestantes scripta sua proponerent, moxque utriusque partis Doctores descriptas suas rationes vicissim traderent, quin nova desuper instituerentur colloquia, sed omnis altercatio, verborumque vehementia declinaretur. Denique præcipiebatur, ut disputatio præsentem Senatu haberetur, quam ob rem supremo Sigillorum Custodi datur negotium, ut hæc statuta ad exitum deduci curaret.

§. LXXXII.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. LXXXII.

Colloquium per Catholicos dissolutum.

*Burnet l. 3.
p. 578.*

Sparsa hujus colloquii fama pene innumera hominum multitudo confluebat, ut de rebus ibidem gerendis testes agerent: cum igitur dies huic disputationi præfixa appropinquaret, Viacomienſis Episcopus Catholicorum nomine exponebat, quod eorum rationes nondum plene essent instructæ, proin interea Colus Doctor verba facere posset, si eum excipere luberet. Annuentibus cunctis hic perorans rationes proferebat, ob quas Ecclesia Officium Divinum latino sermone peragi voluit, exposuitque hujus usus antiquitatem, necessitatemque, ob quam hunc morem dimittere haud expediret. Hæc rationes Protestantium nomine Hornius refellere nitebatur; cum vero post hæc disputationis auspicia Catholici serio perpendere cœperant, quod adhibito omni conatu, ne vera Religio ex Anglia eliminaretur, præpedire haud possent, cum Regius Senatus, qui pro summo imperio rem moderabatur, ac spuriam hanc reformationem invehere decreverat, semper prævaliturus esset, hinc inter eos conventum, ut suarum rationum apographa hæreticis minime trade-

traderent, eo potissimum nomine, quod Sæcul. XVI.
A. C. 1559.
Regina, cum ejusmodi colloquium præciperet, jamjam principalem prætensi sui Primatus functionem, quam tamen impugnaturi convenerant, exerceret, ac merito omnibus timendum esset, ne eadem Regina, ejusque Senatus pariter fidei controversias definiendi auctoritatem sibi arrogaret. Denique Viacomienfis, & Lincolnienfis Episcopi contendebant, quod de Doctrina Catholica, cum jamjam plane esset definita, nonnisi in Synodo ex Judicibus Ecclesiasticis congregata agere liceat. Itaque perpensis hisce rationibus Catholici hoc colloquium dissolvebant: Senatus vero ex hac dissensione occasionem aucupatus edictum condidit, vi cujus æqualis ritus in Ecclesiæ Officio decernebatur.

§: LXXXIII.

Altercationes de restauranda Eduardi Liturgia.

Attamen, cum Eduardi Liturgiam re- Burnet l. 3.
p. 580.
staurandi modus communis Curiae Patribus minime probaretur, hi aliam conceperunt formam, quam Curiae Superioris Senatoribus exhibere voluerunt: ast illam quoque prolixo admodum sermone Heathus Eboracensis Archiepiscopus confutabat, præcipue illas con-

dem-

Sæc. XVI. demnans immutationes, quibus vera
A.C. 1559. Religio Eduardi ætate obnoxia fuerat:
 postea Cranmerum, & Ridleium de in-
 constantia postulabat, eo quod circa
 Christi Domini in Eucharistia præsen-
 tiam toties sententiam suam mutassent.
 Pariter Cestriensis Episcopus sese huic
 edicto opponebat, contendens, eo non
 minus fidem, quam charitatem lædi,
 atque articulos jamjam decisos nulla-
 tenus novo examini esse subijciendos:
 merito autem redarguendum, quod in
 hac liturgia de sacrificio, quo peccata
 expiantur, mentio fiat, quin ibidem
 Christi Domini adoratio in Sacrosancta
 Hostia decernatur. Eandem quoque
 causam Fechmanus Westmonasteriensis
 Abbas propugnabat, hæc præcipue ex-
 ponens: „Religio Catholica jam a Lucii
 „Regis tempore in Angliæ regno flo-
 „ruit, ex aduerso autem Liturgia hæc
 „recens inventa nonnisi postremis duo-
 „bus Eduardi annis ex incunabulis suis
 „prodiit: insuper Religio Catholica nullo
 „unquam tempore immutata fuit, nova
 „autem hæc reformatio singulis ferme
 „diebus aliam induit faciem, prout ex
 „solo dogmate de Præsentia reali satis
 „manifeste elucet. Denique ipsorum
 „quoque Procerum plurimum interesse
 „videtur, ut firmiter Religioni Catho-
 „licæ addicti permaneant, cum nondum
 etiam

„etiam illius nomen ad firmandam eo-
 „rum auctoritatem potissimum confe-
 „rat: nulla autem Hæreticorum secta
 „hucusque Ecclesiæ Catholicæ titulum
 „sibi arrogare ausa fuerit., Verum in-
 superhabitis hisce rationibus Senatus
 edictum suum promulgabat.

§. LXXXIV.

*Aliæ decretorum formulæ postmodum
 rejectæ.*

Alia quoque decreta circa officiorum,
 ac rituum mutationem, necnon circa
 omnes Religiosas ædes Regio ærario
 adjudicandas proponebantur: verum
 hæ ipsæ innovationes iisdem subicie-
 bantur oppositionibus, tandemque idem
 cum prioribus decretis fatum subibant:
 nihilominus Senatus, priusquam dis-
 solvebatur, Reginæ amplissima indul-
 gebat subsidia, inter quæ haud imme-
 rito numerari potest jus, vi cuius
 ipsa ex omnibus mercibus pro qualibet
 libra unum solidum, necnon pro quovis
 dolio consuetum vectigal petere poterat,
 ita, ut primum hoc subsidium Elisabethæ
 ad totum regiminis tempus perpetuo
 jure assereretur. Insuper tres adhuc
 novarum legum formulæ proponeban-
 tur, quæ tamen omnes a communis Cu-
 riæ Patribus fuerunt rejectæ. Harum pri-
 ma Senatus Episcopus a Maria Regina ex-
 pulsos

Sæcnl. XVI.
 A.C. 1559.

Burnet l. 3.
 p. 585.

Rapin Thoir.
 Hist. d' Angl.
 t. 6. l. 17.
 p. 158.
 Burnet 594.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. L

Sæc. XVI
 A.C. 1559.

pulsos suis Sedibus restitui petebat, atque altera Ecclesiasticos sacrilegis connubiis irretitos suis beneficiis rursus esse reddendos proponebat. Tertia denique tres nominandi dicebantur, qui Ecclesiasticas Constitutiones discuterent, easque in unum volumen redigerent. At tamen horum Novatorum consilia effectui minime dabantur: igitur die decima Mensis Maij dissoluto Senatu adu-terina reformatio hoc pacto per regij Consilii auctoritatem fuit restaurata, moxque Episcopis, ceterisque Clericis injunctum, ut una omnes convenirent, & jurarent, quod Ecclesiasticum Reginae Primatum agnoscerent, omnem vero potestatem summo Pontifici abnegarent. Id quidem illi exequi omnino recusabant, spe freti, quod tunc si communi consensu sese ejusmodi impietati opponerent, Regina a suo prætenso jure desistere cogeretur, aut saltem omnes Episcopos a Regno suo ejicere minime auderet. Fertur, quod ex novem milibus & quadringentis Ecclesiasticis, qui beneficiis provisi tum in Anglia morabantur, duntaxat quatuordecim Episcopi, duodecim Archidiaconi, quindecim Collegiorum Rectores, quinquaginta Canonici, ac circiter octoginta Parochi fuerint reperti, qui potius suis beneficiis, quam Religioni nuntium mittere

tere parati erant, unde iis regno expulsi Protestantes fuerunt subrogati: plures quoque Monachi ad profanum statum redibant: nonnullæ vero Religiosæ Virgines ad exteras Regiones confugiebant.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

§. LXXXV.

Colloquium pro stabilienda pace in castello Cameracensi habitum.

Interea colloquium pro ineunda pace inter Hispaniæ, & Franciæ Reges Henricum II. & Philippum II. in Abbatia Cercampensi, seu Sercana, quæ in Sanpauliano Comitatu Picardiam, inter & Arthesiam sita est, quidem inchoatum, dein vero ad castellum Cameracense fuit translatum, ita tamen, ut iidem Deputati, qui Sercanis Sessionibus intererant, huic quoque colloquio usque ad Januarii exitum Anni supra millesimum quingentesimi quinquagesimi noni assisterent, eidem negotio insudantes. Denique re hinc inde aliquamdiu agitata die decima sexta Februarii in sequentes conventum erat conditiones. I. Armorum induciæ toto, quo de pace agetur, tempore durabunt, quinimo dissoluto etiam colloquio ad sex adhuc dies protrahentur. II. Ad idem colloquium suos pariter Deputatos decernere, Reginæ sit concessum.

Cobvera
hist. l. 4.
cap. 28.
Recueil des
traites des
paix t. 2.

L 2

His

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

His ita sancitis pacis negotium in hoc confessu plurimum promovebatur, atque unicus adhuc articulus de Calatensi Urbe magnis difficultatibus erat obnoxius; quippe Galli hanc civitatem reddere recusabant, Philippus vero illam eorum potestati relinquere haud poterat, cum se nunquam pacem, nisi adimpleta hac conditione, Gallis concessurum fidem dedisset, nec non e re sua vel maxime esset, ut tanti momenti civitas Anglis redderetur, cum hujus loci opportunitate freti facile in Hispanorum favorem Gallorum arma aliorum non sine prospero successu convertere possent. Cum ergo utraque pars suis commodis intenta decertaret, interea Philippo per Feriam Ducem, suum in Anglia Legatum, nuntiabatur, quod Regina hujus Principis nuptias recusaret, ac nonnisi vana spe illum distinere quæreret, quin unquam illum votis damnare intenderet. Hoc nuntio Philippus vehementer commotus pacem cum Gallis inire statuit.

§. LXXXVI.

*Elisabethæ querelæ contra Delphinum,
ejusque conjugem ob usurpatum
Regis Angliæ titulum.*

Cum altera ex parte Elisabetha cerneret, quod Hispani nonnisi ignava manu

*Cambden
ann. Reg.
Elis. Me-
moir. de
Melvil.*

manu Anglorum res urgerent, atque inde haud obscure colligeret, quam parum ipsius commodis intenti essent, hinc cujusvis rei dispendio pacem inire decrevit; cum bellum prosequi nullatenus rerum suarum vicissitudini conveniret, ac magis suis adversaretur consiliis, quibus Religionem in suo regno immutare jamjam statuerat: priusquam vero de pacis conditionibus ageret, per Trochmortonum suum in Francia Oratorem querebatur, quod Maria Scotiae Regina, necnon Delphinus ejusdem Maritus titulum Regis, & Angliae Reginae sibi vendicarent, atque suis sigillis, vasis argenteis, ac reliquae suppellectili regni insignia imprimi curarent: hoc vero iniquam esse usurpationem Orator ajebat. Verum eidem in responsis datum, se in hoc ceterorum Germaniae Principum exemplum sequi, ubi omnes fratres iisdem titulis, ac insignibus utuntur, quae ejusdem familiae caput deferre solet. His quoque additum, quod Regina in ejusmodi negotio minus anxia esset, ac nequaquam pro Hispanorum more tricus immoraretur, cum ipsamet se Franciae Reginam nominari vellet, hujusque regni insignia sibi vendicaret, quamvis nullum ei jus ad hanc coronam suffragaretur. Ast ad haec reponebat Trochmortonus: „Regum

Saecul. XVI.
A. C. 1559.

Sæcul. XVI. „Franciæ titulus jam duodecim Angliæ
 A C 1559 „Regibus assertus permanebat, quin
 „illum dimittere ullo unquam pacto
 „fuiſſent compulſi., Nihilominus ejus
 rationes flocci habebantur, atque spre-
 tis illius querelis Delphinus, ac Sco-
 tiæ Regina assumptum titulum reti-
 nebant.

§. LXXXVII.

Pax Elizabethæ cum Galliarum Rege.

Aff. publ.
de Rymer
t. 15. p. 505.

Cum Elisabetha pacem inire decre-
 viſſet, ſuum Senatam convocabat,
 ubi tamen circa Caletenſe negotium
 vehemens oriebatur contentio, & tandem
 in hæc pacta erat conventum: I. Franciæ
 Regi Caletenſis urbs, ceteræque Picar-
 diæ civitates, Anglis ereptæ per octo
 duntaxat annos relinquuntur, evoluto
 autem hujus temporis ſpatio Galli eas-
 dem Anglis reſtituant, perſolutis decies
 centenis, ac quingenties mille libris.
 II. Galli idonee in reliquis urbibus, quæ
 neutri parti adhæſerunt, caveant, ut
 utrinque hæc pacta integre adimplean-
 tur: interea vero obſides tradant, us-
 quedum ita ſatis cautum fuerit. III. Si
 autem evolutis hiſce octo annis Angli
 Franciam, vel Scotiam infeſtis armis
 ſint inſaſuri, tunc jus ad Caletenſem
 urbem amittent. IV. Si Scoti, aut
 Galli intra hoc temporis ſpatium Anglis
 bellum

bellum intulerint, eo ipso momento Sæcul. XVI.
 urbs Anglis cedat, ac exinde ipsis jus A.C. 1559.
 ad illam integre redditum censeatur.

§. LXXXVIII.

Cameracensis fœderis articuli.

Ceterum Hispani, cum de præcipuis Thuan. l. 22.
 concordie conditionibus jamjam Duplex hist.
 cum Francia convenissent, adeo non An- de France
 glorum fœderi obsistebant, ut potius t. 3. p. 587.
 ipsimet quoque pacem cum Gallis ini- Belcar.
 rent, atque sequentibus articulis die comm. l. 82.
 tertia Aprilis subscriberent. I. Pacta num. 25.
 conventa inter Carolum V. ac Fran-
 ciscum I. Henrici necnon ac Philippi Pa-
 rentes Madriti, atque illa in primis,
 quæ Vallicellis facta sunt, serventur,
 nisi quid hac nova pactioe mutetur,
 aut innovetur. II. Pax firma, ac con-
 cordia, qualem esse inter fratres decet,
 sincere, ac citra fraudem inter Reges
 coeat, quæ nihil habeat insidiarum sive
 externarum, sive domesticarum, III. huic
 paci nullatenus per quosdam conven-
 tus, occultas fœderationes, aut ami-
 citiam cum Turcis, & Asiaticis Prin-
 cipibus derogetur, nec ullo modo præ-
 judicetur. IV. Reges fidem suam in-
 terponant, serio se compositis civilium
 controversiarum motibus operam datu-
 ros, ut quamprimum Oecumenicum
 Concilium ad Dei gloriam, & conscien-

Sæcul. XVI. tiarum tranquillitatem celebretur. V.
 A. C. 1559. ab utraque parte præteritorum oblivio
 fanciatur, nec fraudi cuiquam in po-
 sterum sit, ab alterutrius Regis par-
 tibus stetisse, hinc bona ob id occu-
 pata, aut publice vendita antiquis, ac
 legitimis Dominis restituantur, a qua
 tamen gratia excepti censeantur Nea-
 politani, Siculi, & Insubres Exules,
 ac proscripti. VI. Oppida, ac civita-
 tes, & arces octennio abhinc a præfatis
 Regibus, vel a Cæsare tam ultra, quam
 citra montes sitæ invicem restituantur,
 & quidem ab Henrico Rege Maria-
 burgum, Hedinum, Danuillarum, Juo-
 dium, Theodonis Villa, ac Mommedium
 unacum Carolesiensi comitatu in Bel-
 gio, in Insubribus autem Valentium
 cum omnibus arcibus, ac castellis ei
 subjectis integro, ac salvo omni jure
 Philippo restituantur; VII. Vicissim
 Philippus Galliarum Regi oppidum
 S. Quintini, Caletum, Hamum, to-
 tamque Teruannensem diœcesim cedat,
 ita tamen, ut Urbs semel diruta instau-
 rari, aut ullo modo communiri a Gal-
 liarum Rege in posterum non possit,
 quamvis postulare valeat, ut Ivodium,
 priusquam restituitur, suis mœnibus
 nudetur.

Pariter Philippus Rex has adhuc
 condiciones ratas habuit. I. Bullionia
 arx

arx, & Bovintiacum Leodiensi Antistiti restituatur, quin tamen prætensis quorundam privatorum Procerum juribus, priusquam per arbitros res decidatur, præjudicium inferatur. II. Lusitana Infans bonis maternæ dotis nomine ei assignatis libere fruatur. III. Uterque Rex, quod in Montferratensi agro tenet, Guilielmo Mantuæ Duci restituat. IV. S. Pauli oppidum Mariæ Borboniæ libere permittatur, salvo partium jure, & cunctis, quæ de ea motæ sunt, ac moveri possunt, actionibus.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

Circa jura autem, de quibus Sabaudia Dux contendebat, res in quarto articulo sequentibus pactis fuit decisa. I. Henricus Galliarum Rex Emmanueli Philiberto Sabaudia Duci ditionem omnem citra, transque Alpes tam a Francisco I. Rege, quam ejus Filio occupatam, & non modo Duci, sed etiam Carolo ejus Parenti ereptam restituat. II. Excipiatur tamen Augusta Taurinorum, Pinatolum, Clerium, Clavassium, & Villa-nova in Astensi agro, quæ oppida pignoris loco Rex Christianissimus retineat, donec de jure, quod propter Ludovicæ Sabaudæ Avia suæ successionem in illis ei competit, plene cognoscatur, ita tamen, ut hæc lis saltem intra triennium decidatur, nec ulterius prorogetur, atque evoluto hoc

Sæcul. XVI.
A.C. 1559

tempore Dux quinque urbibus libere, plene, ac tranquille uti, easque sicut & reliquas suas ditiones possidere valeat, interea vero Rex Hispaniæ Verullas, & Astam retinere poterit. III. Sabaudia Dux alterutrius Regis partibus non adhæreat, sed communi studio utrumque complectatur. IV. Henricus vicissim Duci Margaritam sororem suam in uxorem tradat, attributis ei dotis nomine trecentis aureorum millibus præter Principatus Bituricensis usum.

Quinto Articulo ita conventum. Henricus II. de omnibus oppidis, & arcibus, quæ in Etruria tenet, excedat, & inde præsidia deducat, ea lege, ut Patritiis Senensibus, & aliis, qui ad Ilcini montem se receperunt, præteritorum memoria condonetur, & obtemperantibus omnia bona restituantur.

Sexto articulo fuit decretum, ut loca in Corsica, & Liguribus occupata Rex Genuensi Reipublicæ restituat, ea lege, vi cuius iis, qui Regi militaverunt, proscriptionis pœna remittatur, omnesque pristinis suis bonis, ac dignitatibus restituantur.

Septima conditio erat hæc; uterque Rex, quod in Montferratensi agro tenet, Guilielmo Mantuæ Duci restituat, ita ut in utriusque arbitrio sit, arces, & munimenta a se extracta integra re-
lin-

linquere, aut si velit demoliri. Octavo articulo sancitum, ut Lusitaniæ Infans Maria Borbonia libere fruatur omnibus ditionibus, quæ eidem a Matre sua dotis nomine fuerunt assignatæ.

Sæcul. XVI.
A C 1559.

Nono articulo decernebatur, ut omnes proscripti suis honoribus, hæreditatibus, dignitatibus, ac beneficiis restituantur, nec iis fraudi esse possit, quod ab alterutrius Regis partibus steterint, ita tamen, ut pro eo tempore, quo alii ista bona possederunt, propterea in eos litem movere haud liceat. Denique conventum, ut Henricus Galliarum Rex prior cuncta hæc pacta intra trimestre, Philippus autem nonnisi post unius elapsi Mensis spatium adimplere teneatur, ac demum arctioris amicitiae firmandæ causa Elisabetham undecennem grandiolem natu Regis Franciæ filiam uxorem ducat, cui pro dote quadringenta aureorum millia tradantur.

Hoc connubium per Procuratorem celebratum est die vigesima secunda, vel juxta alios, vigesima septima Junii. Insuper in hisce concordiae articulis ab utraque parte comprehendebantur præprimis summus Pontifex, Cæsar, & Imperium, omnes Septemviri, cunctæ civitates, & Imperii Ordines, Poloniæ, Daniæ, Sueciæ, ac Scotiæ Reges unacum Elisabetha Angliæ Regina, Venerabilium

torum

Sæcul. XVI. torum Republica, Helvetiorum, ac
 A.C. 1559 Rætorum pagis, Sabaudix, Lotharingix,
 Ferrariæ, Mantuæ, Urbini, Parmæ,
 ac Placentiæ ducibus, ac Genuensi, &
 Lucensi Senatu.

Quarto post die hæc pax Parisiis fuit
 promulgata, ac summus Pontifex Ro-
 mæ publicam gratiarum actionem de-
 cernens, ingentis gaudii signa edebat.

§. LXXXIX.

*Pacis articuli Elisabetham inter,
 & Regem, ac Scotiæ
 Reginam.*

Eadem die inter Angliæ Reginam, &
 Scotiæ Regem, ac Reginam aliud
 pacis fœdus promulgabatur, cujus præ-
 cipuos articulos hic subjicimus. I. Neu-
 tra pars nec per se, nec per alios in-
 festis armis invadet alterius ditiones,
 quas eo tempore possidet. II. Nec An-
 gli, nec Scoti ad invadenda alterutrius
 regna cujuscunque conditionis, aut di-
 gnitatis Principi, five quibuscunque
 sanguinis, vel affinitatis vinculis con-
 juncto auxilia præstabunt. III. Nullo
 pacto rebelles, fugitivos, aut scelera-
 tos &c. recipiant. IV. Intra trimestre
 Aymuthi propugnacula, ceteraque om-
 nia in Scotiæ Regno ab Anno Domini
 millesimo quingentesimo quadragesimo
 nono

nono erecta solo æquabuntur. V. Cuncta jura, ac mutuæ prætensiones in pristino statu integræ permanebunt. VI. Infra bimestre arbitri utrinque nominabuntur, qui quosdam decidant articulos, circa quos Franciæ Oratores nondum satis edocti sunt. Hæc pacta die decima octava Aprilis a Maria Stuarta, & Delphino ejus Marito fuere firmata, die autem trigesima prima Maij utriusque Regni Judices Upsalintoniæ congregati ibidem aliud sœdus circa articulos in nuperis pactis nondum decisos suo chirographo muniebant.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. XC.

Magni tumultus in Scotia propter religionem.

Interea haud minor erat Protestantium potentia in Scotiæ Regno; ibidem enim reperiebantur quamplurimi, qui Ordinum comitia pro summo imperio moderabantur; horum itaque auctoritatem, ac potentiam cum Scotiæ Administratrix regno summopere nocivam fore præsentiret, hinc illos inde expellere statuit: ut vero rem accedente decreto magis solemni exequi posset, Sterlini Conventum indixit, illucque cunctos spuriae Reformationis Ministros adesse jussit. Hi ergo accedunt, innumera populi multitudine stipati; confluxe-

Thuan. l. 21.
n. 7. hoc
ann.

Sæcul. XVI
A C 1559

fluxerant enim omnes, qui eorum causæ patrocina-
bantur, erant tamen iner-
mes, veriti, ne pro seditiosis habiti
sibi fatale negotium facefferent. Admi-
nistratrix tantam hominum turmam ad-
mirata Joannem Areskinum, ut popu-
lum minime necessarium domum remit-
teret, rogabat, pollicita, nihil contra
Ministros in hisce comitiis decretum iri,
Itaque cuncti ad Areskini preces sese
recipiebant, verum vix inde recesserant,
cum illico in eos, qui comparere
recusabant, tanquam contumaces ju-
dicii acta instruerentur, atque exilio
multarentur. Hæc agendi ratio Ares-
kinum tantopere exacerbabat, ut ad
Proceres, qui adhuc Perthi erant, con-
tenderet, & ibi quid de fide, & animo
Regentis haud expiando odio adversus
Protestantes flagrantis, sperare debeant,
demonstraret, cum illa nullam æqui,
recti, ac honesti rationem habeat, & pro-
missorum fidem præsentem tantum com-
modo metiatur.

Hi ejusmodi verbis animati, ac
non minus, quam ipse Areskinus Ad-
ministratricis facinus indignati, quan-
tocius vim adversus vim esse parandam
decernunt, accensisque populi animis
majorem adhuc faciem Joannes Knoxius
Protestantium Minister subjecit, lucu-
lenta, sed seditiosa oratione apud eos
habita,

habita, qua incitati Pertheses velut ^{Sæcul. XVI.} furibundi canes quemdam Sacerdotem, ^{A.C. 1559.} qui tum rem Divinam peragebat, trucidant, Ecclesias invadunt, Sanctorum imagines diffringunt, & Carthusianorum cœnobium penitus deprædantur, eodemque tempore Cuprenses ad seditionem concitati ferme eadem sacrilegia, ac sævitias committunt. Hoc facto Regni Administratrix se ad ejusmodi tumultus ex violata fide ansam præbuisse nondum agnoscebat, sed tantum scelus debita ultione plectere intenta iræ suæ haud temperare poterat, quocirca coactis per Argatheliæ atque Atholiæ Comites copiis statim Perthum contendere statuit: cum vero huic urbi propius accederet, eidem nuntiabatur, quod Glencarnius Comes cum septem millibus selectioris militiæ viris prope urbem castra metaretur. Accepto hoc nuntio Administratrix Jacobum Stuartum, & Tilepsiacum Cambellum ad Protestantes ablegare statuit, ut hi cum Areskino Comite, ejusque fociis agerent, ac demum in has condiciones convenirent. I. Dimissis utrinque Copiis oppidum Regenti pateat, donec lassitudinem ex itinere contractam paucorum dierum quiete ipsa, comitesque refecissent: II. Oppidanorum nemo damno, vel injuria afficiatur; III. Gallorum nullus

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

nullus oppidum ingrediatur, neque propius ac ad tria millia passuum accedat, ceteris controversiis circa Religionem in proxima comitia dilatis. Ita citra sanguinem composito tumultu, Regens oppidum ingreditur honorifice ab omnibus excepta.

Verum illa nulla fœderis habita ratione secum in urbem Scotos milites, qui Gallorum sumptibus alebantur, introducebat, ac Perthi Missæ Sacrificium rursus celebrari jubebat, necnon præcipuis urbis civibus exilio mulctatis, & Magistratibus pro arbitrio suo communitatis, præfidiarios urbi imponens ibidem conscriptas copias colligere statuebat: postea vero Sterlinum versus iter aggrediebatur. Attamen hæc ipsa datam fidem servandi injuria caro constitit pretio; ab eo enim tempore Administratrix a fidelioribus Amicis suis derelicta fuit; quippe ipsemet Argatheliæ Comes, & Jacobus Stuartus Santandreas Prior Jacobi V. filius Nothus, qui hucusque illius partes strenue tuebantur, ab eadem recesserunt, atque adversæ parti nomen dederunt.

§. XCI.

Sæcul. XVI.

A. C. 1559.

Santandreani adversus Administratricem eos reprimere intentam sæve tumultuantes.

PaULO post Santandreani cives, nec non Cuprenses, aliarumque urbium incolæ, cum sese Protestantium sectæ adjicerent, impotentibus furiis debacchari cœperant; quippe spoliatis Catholicorum Ecclesiis etiam Franciscanorum, & Dominicanorum Cœnobia demoliuntur in ipsius Archiepiscopi conspectu, qui licet aliquo equitum numero succinctus esset, cum vero vulgi studium, ac concursum cerneret, minime mutire ausus, ad suos in Falcolandiam se contulit.

Lestus l. 10.

Buchan. hist.

Scot. l. 16.

Ut ergo Administratrix hisce tumultibus obicem poneret, duo Gallorum millia, ac mille Scotos contraxit, hujusque agminis imperium Jacobo Hamiltonio tum Castri Heraldici Duci passim dicto tradidit, qui tamen Protestantes, cum eorum copias numero longe superiores, quam re ipsa erant, existimaret, aggredi minime ausus est: quapropter Administratrix, quæ tum Falcolandiæ agebat, seditiosos novis conditionibus distinere tamdiu satagebat, donec recenti militia firmaretur. Equidem media via a Jacobo Stuarto inventa est,

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

M

vi

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

vi cujus Perthum urbem deducto inde præsidio liberam relinqueret Administratrix: cum vero hæc propositio Administratrici nequiquam probaretur, Protestantes Perthum recta contendunt, atque oppidum interjectis paucis diebus occupant: inde vero Sconam, Sterlinum, Limnuchum, seu Lithquum copias suas ducunt, ibidemque Mendicantium cœnobiiis solo æquatis, cultuque divino mox immutato passim novæ Reformationis Ministros constituunt; quapropter Administratrix unacum Ofellio, qui Gallorum copiis præerat, Dumbarum recedere cogebatur.

§. XCII.

Administratrix armorum suppetias a Galliarum Rege postulans.

Rebus ita constitutis Administratrix Galliarum Regem convenerat, eidem clandestina Jacobi Stuarti consilia detegens; hic enim, quamvis nonnisi spurcius Jacobi V. Filius esset, regni tamen coronam Delphino, ac Reginæ ejus Conjugi eripere, eamque sibi vindicare unice intentus erat. Hujus Principis audaciam Guisii coram Rege pluribus exaggerabant, eidem exponentes, quod Stuartus nonnisi Religionis obtentu fretus hoc ipso suam usurpationem honestare, ac interea ad tuenda ambitiosæ

indo-

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

indolis suæ consilia validam factionem sibi conciliare quæreret. Verum Henricus II. priusquam hac in re quicquam statueret, consentiente Montmorentio Connestabili Jacobum Melvilum Nobilem Scotum, ac Connestabilis familiarum in Scotiam ablegabat, ut de Jacobi Stuarti consiliis certam hauriret notitiam: ad id vero Rex incitabatur potissimum eo nomine, quod is, si de sola ageretur Religione, non autem simul de usurpando regno consilia cuderentur, sese ejusmodi tumultibus involvere nollet, cum aliunde ad hæreticos in regno suo reprimendos vires suas impendere cogeretur. Melvilus interim in Scotia appulsus primo cum Administratrice, quæ adhuc Falcolandiæ substiterat, ac postea cum ipso Jacobo Stuarto conferebat, qui coram Oratore profitebatur, quod a Regni invadendi consiliis adeo alienus esset, ut potius ad primum Regiæ suæ Majestatis nutum e Scotia excedere paratus foret. Attamen priusquam Melvilus Parisios reverteretur, Henricus interea fati functus est, unde Protestantes in tam insanam prorumpentiam lætitiâ, ut eorum potissimi sese ad sua reciperent, perinde ac si nil ultra eis timendum esset.

Sæcul XVI.

§. XCIII.

A C 1559.

Induciæ inter Administratricem, & Protestantes fœderatos initæ.*Thuan. l. 6.*

Itaque Administratrix hanc rerum oportunitatem in rem suam vertere intenta haud obscure perspiciebat, quod hostium suorum vigilantia per nimiam securitatis fiduciam oppido imminueretur, hinc cum suis copiis, quibus Oselius præerat, Edimburgum recta contendit, cumque res ad certamen deducta videretur, ad Hamiltonii Ducis & Jacobi Duglassii Mortonii interventum impetratum, ne eo die manus confererentur.

Quinimo ambo hi Proceres tam vehementer Administratricem sollicitabant, ut ipsa tandem inducias inire decerneret, quæ etiam paulo post initæ a die vigesima quarta Julii usque ad primam Januarii sequentis diem obtinerent sub his conditionibus. I. Nemo cogatur Religione, ac cultu, quem nollet, uti. II. Nullum præsidium militare Edimburgo imponatur; III. Sacerdotibus nullum fiat impedimentum, quo minus vectigalibus suis libere uti, & frui possent. IV. Nullatenus templa demoliri aut in profanum usum convertere cuiquam liceat; V. Postridie illius diei typi, seu signa pro cudenda moneta, necnon

necnon palatium Regium cum omni suppellectili Administratrici restituerentur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

Hæc pacta utrique parti oppido erant necessaria; quippe foederati ad reparandas vires suas opportunum quærebant temporis spatium: Administratrix vero hujus intervalli beneficio armorum suppetias ex Galliis sese interea recepturam sperabat; quapropter pacta in induciis stabilita haud diu servare curabat, moxque Leithæ propugnacula reparare jusserat, ac Protestantibus hanc urbem incassum obsidentibus ipsa hostiles copias, quas Edimburgum se recepisse noverat, cum toto suo exercitu ineunte Mense Novembri insequabatur, illasque inopino aggressa tam prospero successu obruebat, ut foederati relicto Edimburgo Sterlinum aufugere compellerentur: hæc itaque prima fuit Scotorum tumultuum origo.

§. XCIV.

*Diecefes Elisabethæ Reginae jussu
lustratæ.*

Interim Elisabetha Regina pro summo imperio Religionis negotia in Angliæ Regno assidue moderabatur, ac præ-

*Burnet hist.
de la ref.
l. 3.*

primis sacras imagines in Templis asservari præcipiebat, cum illas plurimum ad excitandam pietatem conferre

M 3

cen-

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

cenferet, atque exinde Ecclesias maiori confluentium numero conspicuas reddi speraret. Verum reclamantibus Episcopis, ac Protestantibus ipsa, si fidem non mutavit, saltem aliam induit agendirationem; quippe imagines, picturas, & statuas ex Ecclesiis auferri præcepit, quinimo haud contenta, quod decreta Ecclesiastica regnante Eduardo VI. fratre suo sub primo regiminis anno promulgata rursus innovasset, insuper alia nova condidit, quorum præcipua hic referimus.

§. XCV.

Præter decreta Ecclesiastica ab Eduardo condita, adhuc alia per Elisabetham stabilita.

Itaque præprimis Sacerdotibus, & Diaconis matrimonia inire inhibuit, nisi prius Episcopus Diocesanus id permisserit, atque accedente utriusque Urbani Rectoris consensu etiam cognati, vel mulieris amici consenserint. II. Præcepit, ut Ecclesiastici juxta utriusque Universitatis consuetudinem vestiantur. III. Omnes Officio Divino in quavis Parochia assistant. IV. Durante re Divina non aperiantur cauponæ. V. Prædicatores a loci Ordinariis Verbum Dei annuntiandi licentiam postulent. VI. Episcopi in quavis Parochia tres, vel

vel quatuor prudentes, ac circumspē- Sæcul. XVI.
ctos Viros nominent, qui Parochianos A.C. 1559.
adstringant, ut diebus festis, ac Domi-
nicis Ecclesias frequentent. VII. Pre-
ces in solito Officio præscriptæ, necnon
litanix singulis feriis quartis, & sextis
recitentur. VIII. Quicumque exola hæc
proferret nomina: *Papista, hæreticus,*
Schismaticus, Sacramentarius &c. severe
puniatur. IX. Nullus liber imprima-
tur absque privilegio, seu licentia cu-
jusdam Archiepiscopi, Episcopi, vel Can-
cellarii in quadam Universitate. X.
Preces flexis genibus dicantur. XI.
Quando Sanctissimum nomen Jesu pro-
fertur, fiat debita capitis inclinatio.
XII. Nullum altare ex Ecclesiis auffer-
ratur, inscio Parocho, vel illius Pa-
rochiæ ædituo. XIII. In qualibet Ec-
clesia mensa ad Communionem apta
erigatur. XIV. Panis, qui pro Synaxi
adhibetur, sit purus, rotundæ figuræ,
ac nullam referens imaginem. Deni-
que Elisabetha præscribebat normam
illarum precum, quæ ante concionem
reciandæ erant, atque hæc paulisper ab
Eduardi orationibus differebant.

§. XCVI.

*Facultatis literæ Deputatis ad visi-
tandum datæ.*

M 4

Post-

Sæcul. XVI.
A. C. 1559

Postquam hæc statuta plene fuerant
stabilita, Regina Judicibus, quos
ad lustrandas regni sui Ecclesias depu-
tabat, concessæ facultatis literas, ac
mandata expediri iussit, dataque sunt
hæc diplomata vigesima quarta Junii
die Sancto Joanni Baptistæ sacra, in
quibus Regina ita pronuntiabat: „Cum
„Deus ditionum regimen mihi commi-
„sit, nunquam æquam administrationis
„meæ rationem reddere possem, nisi
„purioris doctrinæ progressus magis,
„magisque procurandi, verumque Dei
„cultum restaurandi sollicitudinem in
„me susciperem. Hanc ob rationem
„pro lustrandis Ecclesiis quosdam Ju-
„dices nominare statui atque omnibus
„simul, aut saltem eorum duobus ne-
„gotium dedi, ut in verum Ecclesia-
„rum, quæ in Septentrionalibus Angliæ
„Provinciis sitæ sunt, statum inquirant,
Ecclesiasticos, qui suo muneri desunt,
aut ab Ordinum executione aliquam-
diu suspendant, vel omnino officio suo
exuant, eorumque beneficia aliis con-
ferant, & contumaces carceris poena,
censuris, aliisque mediis a jure præ-
scriptis coerceant. Insuper mandabat,
ut hi Deputati illis, qui ultro sua bene-
ficia cesserunt, pensiones ex iisdem
assignent, necnon de illorum, qui ob
Religionem in carceribus detinentur,
statu

fratu notitiam hauriant, eosque in libertatem afferant, ac denique Ecclesiasticos suis restituant beneficiis, quibus regnante Maria injuste fuerunt spoliati.

§. XCVII.

Matthæus Parkerus per Reginam in Cantuariensem Archiepiscopum nominatus.

Hæc exequendi provincia præprimis Eboracensi Episcopo committebatur: ut vero ejusdem facultatis diploma pariter Parkero concedi posset, res dilata fuit, donec in Cantuariensem Archiepiscopum inauguratus esset; hanc quippe dignitatem Regina eidem jam ineunte hoc anno destinaverat; cum enim illum suis consiliis feliciter exequendis apprime idoneum fore censeret, illum tam amplo munere decorare totius viribus satagebat, eo fine, ut illius opera ad propositi sui executionem facile uti posset: dum igitur omnia, quæ in primis cujusdam regiminis auspiciis stabilire oportet, prævia disposuisset, die decima octava Januarii hoc anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono diploma expediri jussit, vi cujus Cantuariensi Capitulo Archiepiscopum eligendi facultatem impertiebatur: cum

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

Burnet hist.
de la ref.

l. 3. t. 2.

p. 561. &

597.

Rimer in

act. publ.

Angl. t. 15.

p. 541.

Sæcul. XVI. vero iidem hi Canonici circa Religionis negotia in diversa abirent studia, ac insuper illi, qui Religioni Catholicæ erant addicti, tum absentes essent, hinc ceteri, quamvis numero paucissimi, die prima Augusti in Matthæum Parkerum compromittebant, eum in suum Archiepiscopum nominantes; moxque Reginam de illius electione certiolem reddebant, ut illam regio suo diplomate ratam haberet, quod ipsa etiam haud cunctanter præstitit, ac die nona Septembris demandatæ facultatis literas expediri iussit, vi quarum Cutbertus Dunhelmensis, Gilbertus Bathonanus, David Petroburgensis, Antonius Tafensis, Guilielmus Barlavius designatus Cicestriensis Episcopus, necnon Scorus nominatus Herefordiensis Antistes novum hunc Præsulem sacrare jubebantur. Verum hoc ipsum Reginæ mandatum suo caruit effectu, quamvis illius causa ignoretur: propterea tamen Parkeri inauguratio fuit dilata, ac non nisi Mense Decembri celebrata.

§. XCVIII.

Episcopi pro inaugurando Parckero nominati.

*Dissert. sur
la validite
des Ordin.
Anglic. &*

Interim conjecturæ locus est, quod ex præfatis Episcopis nonnulli, cum Religione Catholici essent, huic inaugurationi-

rationi interesse noluerint, atque toto illo temporis intervallo, quod inter primum hoc, & secundum mandatum fluxerat, alii Episcopi, qui prioribus subrogari possent, fuerint sollicitati. Verum ut res se habuerit, id omnino exploratum est, quod Regina die sexta Decembris novum mandatum, facultatisque diploma dederit Antonio Tassensi, Guilielmo Barlavio olim Barthonano, tum vero electo Cicestriensi Episcopo, necnon Joanni Scorio antea Cicestriæ, postea Herefordiæ Antistiti, ac denique Miloni Coverdaleo olim Exoniensi Episcopo, & (Joanne absente) Richardo Bedfordiensis Episcopi, ac Joanni Thelfordiensis suffraganeis præter Joannem Basilæum Offeriæ in Hibernia Episcopum. Hi ergo unaomnes, aut saltem eorum quatuor Parckerum sacrare jubebantur, ubi tamen notandum venit, quod in novo hoc diplomate clausula fuerit adjecta, quæ tamen in aliis ejusmodi literis non reperiebatur, ac propterea hanc ipsam inaugurationem velut minus validam impugnandi occasionem postea præbebat; ibidem enim Regina „asserbat, quod ipsamet per suam auctoritatem suppleat ea omnia, quæ in „hac occasione Regni consuetudinibus, „atque legibus Ecclesiasticis adversa fuissent attentata.,, Hæc propter verba
Anto-

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

*la Success.
des Eveques
t. I. p. 15.
Nullite des
Ordin. Angl.
P. Quien.
c. 6. p. 179.*

Sæcul. XVI Antonius Taffensis, quamvis supremum
A.C. 1559. Reginæ Primatum etiam jurejurando
 professus esset, ad hanc inaugura-
 tionem suam operam navare detrecta-
 bat, cum adversa valetudine pressus
 esset, necnon Ecclesiæ Catholicæ ad-
 huc addictus foret, vel forte alias ob-
 tenderet causas. Ergo Baslovius præ-
 cipuus erat hujus solemnitatis Auctor,
 assistentibus eidem Scorio, Cadervalio,
 & Joanne Hoogskinsio Bedfordienfi Suf-
 fraganeo. Hic quidem Barkeri electio-
 nem confirmabat, illius tamen conse-
 cratio per aliquot dies differebatur, ac
 die decima septima Decembris
 Lambethi per eosdem Episcopos, qui
 electionem ratam habebant, tandem
 peracta fuit.

§. XCIX.

*Parkerus inauguratus, ac Lambethi
 consecratus.*

*Burnet t. 2.
 app. p. 361.
 Bramhal
 p. 1651.*

Ex hujus inaugurationis ritibus mani-
 feste deprehenditur, quod juxta
 Eduardi VI. Rituale, ut vocant, hæc
 solemnitas ad amullim fuerit celebrata;
 quippe præprimis matutinæ preces re-
 citabantur, quibus absolutis Herefor-
 diensis Episcopus habito ante ipsam con-
 secrationem sermone populumhorta-
 batur. Erat tum Palatii Sacellum ad
 Orientis latus aulæis ornatum, pavi-
 men-

mentum vero rubro tapete stratum, necnon posita stabat Orientem versus mensa Communicantium itidem pulvino, & tapete contexta: ad meridiem vero prope mensam quatuor collocatæ erant Sedes pro quatuor Episcopis, qui novum Archipræsulem inauguraturi venerant: e regione autem visebatur grande scabellum ad fundendas preces pro Archiepiscopo recens electo præparatum, ac tapete, & pulvino ornatum. His ita dispositis circa quintam, vel sextam matutinam diei horam Parkerus per portam, quæ Solis Occasum respiciebat, Sacellum ingrediebatur, eumque toga coccinea, ac pallio per humeros defluente indutum quatuor famuli præcedebant, qui accensas faces deferabant. Hos sequebantur quatuor Episcopi, ut Parkerum consecrarent, quibus suas Sedes pro dignitatum suarum ordine occupantibus preces matutinæ in communium precum libello præscriptæ lentius per Andream Piersonum Archiepiscopi Sacellanum recitabantur: illis vero finitis Joannes Scorius consensu suggestu orationem habuit in hæc Divi Petri verba: *Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior, & testis Christi passionum.*

Absoluto hoc sermone Archiepiscopus æque, ac Episcopi Sacrarium adibant,

Sæcul. XVI.

A.C. 1559

I. Petri c. 5.

v. 1.

Sæcul. XVI. bant, ut ibidem vestes ad inauguratio-
A.C. 1559. nem, & communionem necessarias induerent, postmodum ad Sacellum revertentur sequenti ordine: ceteris prior incedebat Archiepiscopus superpelliceo vestitus, quem Guilielmus Barlovius, qui eum consecraret, sequebatur, serico amictu indutus, eumque comitabantur Nicolaus Viz-Bullinghamus Lincolnensis Archidiaconus, ac Edmundus Gestius itidem Archidiaconus Cantuariensis, qui ambo pariter cappas gestabant: Joannes vero Scorius, & Bedfordiensis Suffraganeus non nisi superpelliceum deferebant. Tandem agmen claudebat Coverdalus longa toga lineata vestitus: Itaque quatuor his Præfulibus communicantium mensam accedentibus Archiepiscopus flexis genibus orans, in postremo Sacelli gradu subsistebat: perlecto autem Evangelio Joannes Scorius, Bedfordiensis Suffraganeus, & Coverdalius Archiepiscopum Barlovio, qui in magnifica Sella prope mensam confidebat, exhibebant, dicentes. *Reverendissime Pater, hunc pium, & doctum hominem tibi sistimus, ut illum consecres Archiepiscopum.* His dictis Archiepiscopum inaugurandi facultas, seu Reginæ diploma prælegebatur: Parkerus vero contacto Evangelii libro iuramentum de agnoscendo Reginæ Primatu nuper

nuper per Senatores innovatum præstitit, moxque Episcopus Cicestriensis litanias recitare incæpit, quibus chorus respondebat: postmodum idem Archiepiscopo illas proponebat quæstiones, quæ in novo, ut vocant, rituali præscribuntur, ac denique perfolutis de more precibus Cicestriensis Episcopus unacum tribus reliquis eidem manus imponebat, hæc verba Anglico sermone pronuntians: *Accipe Spiritum sanctum, & memor esto, ut resuscites in te gratiam, quæ data est tibi per impositionem manuum &c.* Prolatis hisce verbis Archiepiscopo sacrum Codicem tradebant, ubi Cicestriensis Episcopus hæc adhuc verba subjunxit: *applica te attentæ lectioni &c.* hisce peractis, quin Pedum Archiepiscopo traderet, Communionis ritum incipiebat, eidem hostiam porrigens: postea vero omnes simul Synaxin receperunt, hocque modo huic solemnitati finem imposuerunt.

§. C.

*Deputati a Franciæ, & Hispaniæ
Regibus Augustam ablegati.*

Postquam Henricus II. Galliarum Rex cum Hispanis pacem sanxerat, Italiæ rebus haud amplius sese ingerere statuit: supererat tamen adhuc aliud negotium, quod trium urbium, Metensis,

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

*Thuan. hist.
l. 22. n. 4.
Spond. hoc
ann. n. 13.
Belcar. l. 28.
num. 26.*

sis,

Sæcul. XVI
A. C. 1559.

fis, Tullensis, & Virodunensis restitu-
 tionem concernebat, præcipue cum ea
 res Cameraci jamjam, irrito licet suc-
 cessu fuisset agitata. Enimvero Galli
 hæc civitates retinere omnino decre-
 verant: quinimo Philippus Rex, cui
 aliunde honorificis, atque opimis factæ
 pacis conditionibus consultum erat, huic
 negotio segnius insistere videbatur, qua-
 propter utrinque conventum, ut hujus
 rei decisio ad Augustana Imperii comi-
 tia devolveretur: ea enim Ferdinandus
 Cæsar ad vigesimam quintam Februarii
 diem hujus anni indixerat: Igitur ambo
 Principes præfixo tempore suos eo de-
 cernunt Legatos, Henricus quoque suos
 Oratores ablegabat, hoc usus prætextu,
 quod Imperii Principum amicitiam sibi
 conciliare satageret, ac propterea eis-
 dem fidem facere quæreret, quod nun-
 quam fœdus cum Turcis sincero animo
 pepigisset, nunc vero horum amicitiae
 penitus nuntium mittere decrevisset,
 cum hæc armorum societas Christianæ
 Reipublicæ admodum funesta esset.
 Philippus pariter, ne causam suam,
 ac Imperii commoda neglexisse videre-
 tur, suos mittebat Oratores. Porro
 Gallorum Legati erant Imbertus Pla-
 teria Bordillonius, & Carolus Marilla-
 cus Viennensis Archiepiscopus: a Phi-
 lippo autem mittebatur unicus quidam
 Hispa-

Hispanus, nomine Barbanonus Arem- Sæcul. XVII.
bergius Comes, qui hisce comitiis spe- A. C. 1559.
cietenus intererat.

§. CL.

*Ferdinandus Cæsar Metim, Tullum,
& Virodunum restitui postulans.*

Die vigesima octava Martii cuncti hi Spond. &
Belcar. l. c.
Oratores in comitiis excipiebantur,
eorumque adventus nonnihil Cæsarem
turbabat; verebatur enim, ne illum
pessumdandi animo advenissent: Verum
mox animum resumere cœpit, postquam
Viennensis Archiepiscopus in oratione
sua admodum facunda declarabat, quod
Gallarum Rex erga illum, atque Im-
perii Ordines propensum foveret ani-
mum: insuper etiam idem Archiepisco-
pus Regis sui nomine obtentæ dignita-
tis Cæsareæ felicitatem Ferdinando
gratulabatur, simulque petebat, ut pri-
vina amicitia arctioribus adhuc vincu-
lis firmaretur. Equidem Ferdinandus
hisce Legatis perbenigne gratias repen-
dens profitebatur, quod Galliarum Rex
de sua, atque Imperii Principum ami-
citia certus esse posset, eam tamen ap-
posuit conditionem, dummodo Urbes
a Gallis Imperio ereptæ scilicet Meten-
sis, Tullensis, & Virodunensis restitue-
rentur, qua conditione acceptata, nil
ultra sinceram, plenamque amicitiam
Hist. Eccles. Tom. XLIII. N remo-

Sæcul. XVI remoraturum inquebat Cæsar. Ad hæc
A.C. 1559. Legati in responsis dabant, quod Regi
 suo Domino cuncta, cum nullum eis hæc
 super re mandatum dedisset, relaturi
 essent: interea vero peterent, ut alia
 congrua ratione Regis benevolentia
 compensetur. Id cum promitteretur,
 Legati abiere cum magno honore di-
 missi. Postea plures Principes Cæsari
 validis rationibus proponebant, quod
 magis conducere, hæc tres urbes Fran-
 ciæ Regi cedere, quam novo bello sese
 implicare, insuper hi iidem Principes
 speciatim Legatis significari volebant,
 quod Ferdinandus in suo responso eis
 dato, ut suum affectum testatum red-
 deret, de restituendis tribus hisce urbi-
 bus mentionem facere voluerit, quin-
 imo etiam hæc restitutio non fieret,
 nihilominus nec Imperator, nec Impe-
 rium propterea Regis amicitiam missam
 facerent, sed potius eandem conser-
 vare satagerent, hinc inter eos conven-
 tum, ut quantocius ad Cæsarem solem-
 nis decerneretur legatio, cujus Princi-
 pes erant Cardinalis Augustanus, &
 Wirtembergensis Dux.

§. CII.

*Exequiæ pro Carolo V. Augustæ
 Vindelicorum celebratæ.*

In hisce comitiis prima Principum cura Sæcul XVI.
A.C. 1559.
 eo abibat, ut exequiæ Carolo V. Cæ-
 sari perfolverentur, quæ etiam ingenti
 pompa fuerunt celebratæ, nam funeri in-
 tererant præter Imperii Principes, & Or-
 dines ex tota fere Europa Principum,
 ac Procerum legati cum innumeris
 pene Optimatibus, ibique habebat ora-
 tionem funebrem Ludovicus Madrutius,
 qui postea Cardinalis, cedente Christo-
 phoro Madrutio suo Patruo, Tridenti-
 num Episcopatum obtinuerat: peractis
 vero hisce solemnibus Principes conven-
 erant de Religionis negotio acturi, ac
 præprimis quidem Wormatiensis collo-
 quii acta coram Imperii Ordinibus pu-
 blice recitata sunt, ex quibus cum nulla
 spes reconciliationis cum Protestantibus
 affulgeret, Ferdinandus Cæsar se Oe-
 cumenicæ Synodi celebrationem pro-
 curaturum pollicitus est, atque clementi
 admodum, & moderata oratione ab
 eis postulavit, ut sese huic Concilio sub-
 mitterent, eoquod hoc unicum esset
 populos conciliandi medium: Insuper
 eisdem promisit, in hac Synodo res ita
 esse disponendas, ut benignius excipe-
 rentur in hoc Concilio, quam in illo,
 quod sub Paulo III. Tridenti inchoatum
 ac regnante Julio III. interruptum fuit. Ad
 hæc Saxonix Electoris, ac Principum
 eidem conjunctorum Oratores responde-
 bant,

Sæcul. XVI.
A C. 1559

bant, quod per Synodum a Papa convocandam nulla concordiae spes esset, sed ipsimet Concilio in Germania celebrando nequaquam oblucentur, dummodo legitimum, ac liberum, nec a Romano Pontifice, sed a Cæsare, indicatur, nec eidem Pontifex tanquam Præses, vel Judex intersit, sed partis judicandæ locum teneat, seque Concilio submittat, atque Prælati, & Theologis jusjurandum, quo eidem obstricti sunt, remittat, eo fine, ut libere, & citra metum suas sententias edicere valeant.

§. CIII.

Protestantium responsa ad propositionem de Synodo celebranda.

Thuan. hist.
l. 27. n. 4.

His addiderunt Protestantes: volumus etiam, I. ut pro norma judicii sit sacra Scriptura, ac solum verbum Dei, rejectis traditionibus humanis, consuetudinibus cum Dei Verbo pugnantibus, & Romanæ Ecclesiæ consensu: II. Theologi, qui confessionem Augustanam amplectuntur, non solum audiantur, sed in controversiis decidendis sententias dicant, eisq; idonee caveatur, ut non tantum secure ad Synodum accedere possint, sed etiam libertas illis ex decreto Augustano concessa citra fraudem salva maneat. III. Capita controversia non

non secundum suffragiorum numerum, **Sæcul. XVI.**
 ut in civilibus caussis fieri consuevit, **A.C.1559.**
 decidantur, sed juxta divini Verbi re-
 gulam, ac præscriptum fanciantur. IV.
 Præprimis Tridentinæ Synodi, utpote
 non legitime coactæ acta cuncta, ac de-
 creta rescindantur, & denuo de iis aga-
 tur: hæ conditiones si concederentur,
 se in Synodum consensuros dicebant Pro-
 testantes: si vero id a Pontifice obtineri
 nequeat, ut Religionis pax, & Passavien-
 sis Conventus decreta serventur, se id
 a Cæsare petere inquebant.

§. CIV.

*Ob Protestantium pertinaciam suam
 sectam profitendi libertas eisdem
 a Cæsare permessa.*

Cum Cæsar de concordia omnibus
 hisce iniquis legibus restauranda de-
 speraret, nec unquam Protestantes ad
 saniora consilia reducendos præsentiret,
 eisdem sectam suam profitendi li-
 bertatem indulgere necessarium fore exi-
 stimabat, ne publica Imperii pax denuo
 turbaretur: nihilominus Cæsar nullum
 non movebat lapidem, ut suis precibus
 Pontificem ad novæ Synodi convoca-
 tionem induceret, quamvis Paulus IV.
 ab ejusmodi consiliis longe alienus esset.

Ceterum hoc anno Rogerius, seu
 Roverus Pontanus ex Ordine Fratrum

*Heiss. hist.
 de l'Empir.
 l. 3. hoc ann.
 p. 41.
 Val. And.
 Bib. Angl.*

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

Beatissimæ Virginis de Monte Carmelo suum tractatum, quem alii versionem Caspari Genepei Colonienfis esse autumant, absolvit, eumque inscripsit *veram narrationem rerum ab Anno Christi millesimo quingentesimo usque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum nonum in Republica Christiana memorabilium*. In hoc tractatu percelebris hic Scriptor nonnulla mendacia, quibus Sleidanus, alique Authores hæretici suas historias repleverunt, detexit.

§. CV.

Livonienses auxilia a Poloniae Rege petentes.

Tuan. hist.
l. 22. n. 4.

In iisdem Comitibus pariter auditus est Guilielmi Fürstenbergii supremi Ordinis Livonici Magistri Legatus, qui auxilia, opemque contra Moscovitas ab Imperii Ordinibus petebat: cum igitur æqua ejus petitio videretur, centum aureorum millia eidem eroganda decernebantur; verum Livonienses hanc summam, cum illam nimium tenuem, ac potius in conditionis suæ contemptum, quam in necessitatis levamen datam existimarent, acceptare renuebant. Itaque Sigismundum Augustum Poloniae Regem adeunt, atque ut Livoniae defensionem suscipiat, salvo Imperii jure rogant, ita tamen, ut pro belli sumptibus

ptibus novem arces, ac præfecturas pignoris loco ei offerrent, quas postea sexcenties aureorum millibus Provinciæ Ordinibus redimere jus esset: igitur ea de re publica instrumenta confecta, & jurisjurandi utrinque interpositi religione firmata sunt, postquam cuncta hæc pacta fuerunt acceptata.

Demum Fürstenbergius ob decrepitæ suæ ætatis molestias supremi Magistri dignitatem dimisit, eamque Gothardo Ketlero concessit, qui etiam bellum adversus Moscovitas susceperat.

§. CVI.

Clam de extirpandis hæreticis actum.

Postquam inter Franciam, Hispaniam, Angliam, atque Imperium communis pax fuerat stabilita, Henricus II. unice eo curas intendit, ut hæresum, quæ latius per Franciæ Regnum serpebant, progressibus obicem poneret: quippe Ducissa Valentina, quæ ex proscriptionibus, ac damnatorum bonis lucrum hauriebat, & Guisiani, qui ex sectariorum pœnis gratiam apud populum aucupabantur, regis aures hac opinione occupant, quod passim per Galliam hæreticorum virus spargatur, nec Rex quiete in iis Provinciis regnare possit, in quibus malum illud dominatur, præcipue cum illorum, qui hoc

N 4

veneno,

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

Sæcul. XVI
A.C. 1559

veneno imbuti sunt, tanta sit impudentia, ut non jam in privatis conventibus, sed palam, ac publice in toto Regno hæresim divulgent, qua re & Dei nomen contumeliose profcindi, & Majestatem regiam haud dubie convelli inquebant, cum ibi, ubi divina jura sunt confusa, haud dubium sit, quin simul & humana omnia subvertantur: Id autem, ut eo magis Regi persuaderent, Ægidium Magistrum Senatus Principem, Joannem Santandreamum, Antonium Minarium Curiae Præsides, & Ægidium Burdinum cognitorem Regium adhibent, & his administris, ac præcipue Ægidio Magistro magni, & acris ingenii homine usi, parum pace foris parta prospectum esse Regi ostendunt, si externis armis crudelius multo bellum domi exoriatur, ac indies in Regno magis, magisque invalescat.

§. CVII.

Quorundam Præsidium querelæ ad Regem contra hæreticos.

Hisce rationibus propositis insuper Regi hæc significabant: „jam malum eo „pervenit, ut, si diutius dissimuletur, „non jam Magistratus gladio, ac Regni „legibus coerceri, sed justis exercitiis „ac Regiis auspiciis, ut olim Albigensium temporibus accidit, illud debellari

„lari necesse sit; res enim hactenus in-
 „feliciter successit, cum iudiciorum se-
 „veritas duntaxat in plebem, ac pro-
 „miscuam multitudinem grassaretur,
 „unde Judicum odium ad omnes, atque
 „exemplum ad paucos pervenit: hinc ab
 „iis ipsis initium ducendum nunc est,
 „qui iudiciis præsunt, quorum alii oc-
 „culto in sectarios favore, alii gratia,
 „& amicorum commendatione, omnes
 „vero conniventia malum alunt, & im-
 „punitum sinunt, pœnas pro arbitrio, ac
 „voluntate statuentes: hæc autem mali
 „radix est, frustra que laborant illi, qui
 „tam perniciosæ rei obviam ire decer-
 „nunt, nisi eam stirpitis evellant: pro-
 „inde opus factu videtur, ut Rex in Se-
 „natum, quem per Conventus, ut vo-
 „cant, Mercurialis occasionem, coactum
 „nactus est, inopinato veniat.,

Porro hic Conventus ea ex ratione
Mercurialis nuncupabatur, eo quod Ca-
 rolus VIII. primus illius Auctor anno
 Christi millesimo quadringentesimo nona-
 gesimo tertio eundem Senatam quo-
 libet Mercurii die celebrari iussisset,
 quamvis Ludovicus XII. eundem bis
 duntaxat per Mensem, imo Franciscus I.
 nonnisi una vice quolibet Mense haberi
 voluerint, porro in eodem præcipiebatur
 Regio Procuratori, & Advocato, ut in
 illos Consiliarios, qui in administranda

Sæcul. XIV.

A.C. 1559.

Sæcul. XVI. justitia suo muneri deerant, juxta legum præscripta inquirerent: insuper novo mandato eisdem injungebatur, ut præprimis in hoc conventu de rebus fidem concernentibus agerent, ac Religionem nullo pacto labefactari permetterent: Consiliarios vero de hæresi suspectos severe castigarent.

§. CVIII.

In hæreticos per Regii Senatus Patres inquisitum.

*Thuan. l. c.
Belcar. l. 28.
Spond. hoc
ann. n. 17.*

Cum edictum Castro-Briantii editum, vi cujus hæretici pertinaces mortis supplicio affici jubebantur, effectui datum non fuisset, eo quod Parisiensis Senatus circa Religionem in diversa abiret, hinc Rex primo suo Præsidi, necnon ceteris supra nominatis negotium dabat, ut exponerent, quod ex hac ipsa opinionum diversitate hæresum progressus oriantur, quapropter fatagerent, ut Regis edicta executioni darentur. His ita ad Mercurialem Conventum feria quarta Mensis Aprilis relatis, Burdinus Procurator Generalis hæreticos juxta Castro-Briantii edictum plecti petiit: Itaque hanc in rem ceterorum suffragia colligebantur, eorumque plures de hæresi suspecti, dum suas sententias desuper promebant, suas sectas detegere cogebantur; opinabantur enim illi,

illi, Regi supplicandum esse, ut juxta Sæcul. XVI.
A.C. 1559.
Constantiensis, & Basileensis Synodi
decreta subinde Oecumenica celebra-
rentur Concilia, in quibus omnes fidei
controversiæ definirentur, interea vero
supplicia eorum, qui novis opinionibus
inhærent, differenda, illisque conscien-
tiæ libertatem relinquendam esse aje-
bant, eoquod prævideri haud valeant
difficultates, quæ congregandæ Generali
Synodo obstare possent, ut in ea omnes
diversis sectis adhærentes ad officium
redigi valerent. Ceterum illi, qui ita
perorabant, erant Arnoldus Ferrerius
in Inquisitionum Curia Præses, Anto-
nius Fumeus, Paulus Foxius, Nico-
laus de Valla, Eustachius de Porta, &
quidam alii.

§. CIX.

*Rex ipsemet in Religionis causa Se-
natum accedens.*

Horum pertinacia Regem vehemen-
ter exacerbabat, quapropter po-
tiores Senatorum partem ejusdem esse
sententiæ suspicatus nullum edictum,
quo novi tumultus oriri, aut Religioni
Catholicæ grave damnum inferri posset,
promulgari voluit, sed potius ipse die
quarta, necnon decima tertia Junii sta-
tuit venire in Senatum, qui habebatur
in Fratrum Augustinianorum cœnobio,

eo-

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

eoquod in majori Urbis Palatio pro nuptiis inter Elifabetham de Francia, & Philippum II. magnifici apparatus ferent. Itaque Rex Senatum ingreditur comitantibus eum Lotharingio, & Guifio Cardinalibus, Senenti Archiepiscopo, Monpenferio, Principe de Rupibus ad Yonem, Borboniis, aliisque Principibus: Postea Rex habito sermone dixit, quod pacem filiæ, ac sororis nuptiis sancitam Christiano orbi pepererit, ac confidat, ut ea populo utilis, & in æternum permansura sit. Ceterum agebat: angor non mediocriter, quod Religio- nis causa, cujus præcipua cura apud „pios Principes esse debet, ob bello- „rum turbines a quibusdam turbide, „ac seditiose agitata fuerit: proinde opto, „ut Reipublicæ christianæ in posterum „consulatur, propterea vos hortor, ut „rem integris animis dijudicetis, cum „Dei causa agatur, cui perinde, ac „cunctis cogitationibus, & consiliis hu- „manis præsentem ipsum interesse pro- „culdubio est.„ Finito hoc sermone mox per Cardinalem Bertrandum Regii Sigilli Custodem Sessiones jam inchoatas continuari præcepit.

§. CX.

Sæcul. XVI.
A.C 1559.*Quorundam Senatorum obstinatio nec
per ipsam Regis præsentiam
fracta.*

Verum propudiosa suffragantium liber-
tas nequidem per ipsammet Regis
præsentiam temperari poterat; non
enim ex Senatoribus deerant, qui om-
nis periculi, cui sese exponebant, con-
temptu in Curia Romanæ mores, pra-
vosque usus, qui sensim in perniciosos
errores degenerabant, crebris calum-
niis inveherentur, atque exinde sectas
passim pullulantes fuisse exortas enun-
tiarent: quid imo illi, qui adeo petu-
lanter perorabant, hæc insuper adde-
bant: censemus mitigandas pœnas,
, & inhibendam iudiciorum severitatem,
, donec ex Concilii Oecumenici aucto-
, ritate Religionis dissidia post emen-
, datam Ecclesiæ disciplinam compone-
, rentur: Porro hujus sententiæ auctor
fuerat Arnoldus Ferrerius classium in-
quisitoriarum Præses, eumque secutus
fuerat Antonius Fumeus, Paulus Fo-
xius, alique paulo ante nominati. His
quoque accessit Claudius Viola, & post
eum Ludovicus Faber vir acri, & ge-
neroso ingenio præditus, qui postremo
addidit, omnibus quidem constare, quod
Religionis dissidium turbis causam præ-
beret:

Thuan. hist.
l. 22. n. 7.

Sæcul. XVI beret, sed videndum ajebat, quis vere
 A.C. 1559. turbarum auctor sit, ne etiam, quod
 Achabo olim turbas objectanti expro-
 bravit Elias, in re simili nunc respon-
 deatur: *tu quis es, qui conturbas Israel?*
 Ad hæc Annas Burgus multa de æter-
 na Dei providentia, cui cuncta parere
 necesse habent, præfatus, ubi ad rem,
 „de qua agebatur sermonem suum con-
 vertebat, hæc subjecit: plurima sunt,
 „hominum flagitia, ac delicta legibus
 „damnata, quibus expiandis neque læ-
 „queus, neque serviles cruciatus suffi-
 „cerent: nam audiuntur blasphemias,
 „committuntur adulteria, profusæque
 „libidines regnant, necnon crebra per-
 „juria dicuntur, quæ tamen non modo
 „dissimulantur, sed propudiosa licentia
 „foventur, cum interim nova quotidie
 „adversus eos supplicia parentur, quos
 „nullius mali criminis reos adhuc hæc
 „ætas vidit, nam læsæ Majestatis ac-
 „cusantur illi, quibus nulla Principis
 „mentio fuit nisi inter vota, ac preces,
 „necnon iidem leges violasse, civita-
 „tum, ac Provinciarum fidem ad sedi-
 „tionem concitasse, populorum animos
 „ad scelus corrupisse accusantur, cum
 „tamen de his vel unquam eos cogitasse
 „ab exquisitis testibus hucusque extor-
 „queri haud potuerit: an potius, quod
 „pudenda, & adulta ruentis Romanæ
 poten-

„potentiæ vitia, sacræ Scripturæ ad-
 „mota face, revelaverint, & nunc de-
 „mum emendari expostulent, seditio-
 „sius egisse arguuntur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.

Postea suo ordine Præfides senten-
 tiam dixerunt, & Christophorus quidem
 Harlæus, necnon Petrus Seguerius
 graviter, sed modeste & in nulla re sub-
 missionem Regi tum semper præfenti de-
 bitam violantes hæc exponebant: „Equi-
 „dem in judiciis hujusmodi capitalibus
 „rite, ac recte hæcenus defuncta est
 „Curia, sperandumque, quod semper
 „illa, prout antea fecerat, munere suo
 „optime defungatur ad maximam Dei
 „Gloriam, quin Regem, populumve
 „ejus poenitere possit: „ Christopho-
 rus autem Thuanus, Parens illius,
 qui rerum suo ævo gestarum historiam
 nobis reliquit, liberius ajebat, quod Co-
 gnitor, & advocati regii nota digni essent,
 cum Curia decreta fuggillare, & eo-
 rum auctoritatem in dilcrimen vocare
 ausi fuissent. „Postea Renatus Balietus
 censuit, decreta, de quibus querela in-
 stituta esset, denuo retractanda, & ple-
 nius de iis dignoscendum esse. Mina-
 rius Præses paucis verbis, ut invidiam
 moliret, regis edicta servanda censuit.
 Postremo Ægidius Magister, primus
 Regii Senatus Præses vehementer ad-
 modum contra Sectarios peroravit,
 exem-

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

exemplo Albigensium in medium pro-
lato, ex quibus sexcenti (*) uno die
Philippi Augusti jussu exusti fuere; post-
ea Waldensium protulit exemplum, qui
partim in domibus suis, partim in spe-
luncis, ac lapicidinis, in quibus late-
bant, fumo suffocati sunt. Hos omnes
ita perorantes Rex, quin illos inter-
rumperet, perbenigne exceperat: post-
quam vero cuncti suas sententias edixe-
rant, Pro-Cancellarius ad Regem sub-
limiori folio sedentem adit, & sevoca-
tis, qui cum eo venerant, proceribus,
Sangermanum Curiae Notarium, qui
Senatorum sententias perscripserat, ac-
cerisit, & Cartam, in qua illæ per-
scriptæ erant, sibi tradi jubet, mox-
que Regi porrigit. Rex omnibus per-
lectis verba rursus ad Senatum fecit,
& Senatores, quod negotium, a quo
Reipublicæ summa dependet, se ignaro
incepissent, graviter perstringit, nec-
non sibi, quod ante diversis rumoribus
acceperat, nunc liquido constare ait,
quosdam inter ipsos esse, qui Pontifi-
cis, ac regiam auctoritatem despiciant:
his addidit, quod ea paucorum sit culpa,
quæ tamen toti Ordini probro, auctori-
bus

(*) Thuanus, ex quo Continuator hæc
ad verbum descripsit, ait, duntaxat centum
fuisse combustos.

bus autem exitio futura foret: proinde in-
 quiebat se hortari ceteros, ut in offi-
 cio permaneant.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1559.

§. CXI.

*Duo Senatores Faber, & Burgus
 Regis jussu capti.*

Demum Rex confurgens, ac Fabri,
 & Burgi Senatorum oratione ve-
 hementer commotus, Gabrieli Mont-
 gomerio Satellitum Præfecto, ut am-
 bos comprehenderet, atque ad carceres
 deduceret, imperat: post meridiem vero
 pariter in suis quisque ædibus capti,
 atque Bastiliæ, ut vocant, inclusi fuere
 Paulus Foxius, Fumeus, & Porta:
 idem quoque fatum subiissent Ferrerius,
 Valla, & Viola, nisi suorum amicorum
 ope adjuti sese imminenti periculo sub-
 duxissent.

§. CXII.

*Jacobi Spifamii causa a Senatu
 cognosci cepta.*

Altera die rursus convocatis Curia
 Patribus ex Regis mandato de Ja-
 cobi Spifamii Episcopi Nivernensis, qui
 tum forte ducta clam uxore aberat, &
 Genevam se contulerat, causa cognosci
 coepit. Hic idem Spifamius Parisiis na-
 tus originem trahebat ex Itala, ac no-
 bili Luccensium Familia, ex qua jam

*Thuan. i. c.
 La Poppe-
 liniere l. 8.
 Bullinger
 l. I. hist. sui
 temp.*

Hist. Eccles. Tom. XLIII. O Anno

Sæcul. XVI. Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo Bartholomæus Spifamius prius
 A.C. 1559. Parisiis sedem suam figebat, atque ex
 ejusdem profapia omnes hujus nominis
 posteri, ac præcipue Biffalii, Grangii,
 & Passii ortum trahunt. **Jacobus**
 Patrem habuit Joannem Spifamium de
 Passio, qui Regi a secretis, ac belli
 ærarii Præfectus speciatim nominatus
 erat: Matrem autem habebat Jacobinam
 Ruzeam. Hic inter quinque fratres
 suos postremus, & Regiæ Curix primo
 Senator, necnon Inquisitionum Præses
 renuntiabatur, postea vero libellorum
 supplicum Magister, ac tandem Regi a
 sanctioribus consiliis erat: dum autem
 sacrx militix nomen dederat, Parisien-
 sis Ecclesiæ Canonicus, Universitatis
 Cancellarius, ac Senonensis Abbatiæ
 ad D. Paulum Præfectus, necnon Caroli
 Lotharingii Cardinalis Rhemensis Ar-
 chiepiscopi Vicarius seligebatur: denique
 ab ipsomet Henrico II. ad Nivernensem
 Episcopatum Anno Domini millesimo
 quingentesimo quadragesimo septimo
 nominatus fuit, interfuitque Ordinum
 comitiis, quæ Anno Christi millesimo
 quingentesimo quinquagesimo septimo
 Parisiis habebantur. Post hæc non tam
 novarum opinionum persuasione, quam
 nefando cujusdam fœminæ amore im-
 pulsus hoc anno reparatæ salutis mil-
 lesimo

lesimo quingentesimo quinquagesimo nono Genevam secessit. Itaque recitatis suæ causæ testimoniis, ac deliberatione desuper habita Senatus in illum iudicii acta instrui præcepit.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

§. CXIII.

Primum conciliabulum Parisiis a Calvinistis celebratum.

Ceterum quamvis Rex ad exterminandam Calvinistarum factionem adeo severe in eos inquiri juberet, haud tamen præpedire poterat, quod non reformatarum, uti sese appellitabant, Ecclesiarum Ministri rursus Mense Majo in Parisiensis civitatis suburbio ad Sanctum Germanum dicto convenirent. Huic conventiculo præfuit Franciscus Morelus inter suos fama clarissimus, ubi cuncta summo premebantur silentio, quinimo priusquam huic Synagogæ initium dabatur, de rebus secreto tenendis iuramentum exigebatur, ac per integros quatuor dies ætivo tempore longiores suum conventum protrahebant, ita tamen, ut non modo nullam obtinuissent licentiam, sed nequidem ullo pacto illam petuissent. Porro multa ibidem fuere decreta, ac præprimis quidem agebatur de Anabaptistarum secta, quam quidam Petrus Christianus Pictaviensis

*Thuan. &
Spond. l. c.
Benoit hist.
de l'edit de
Nantes t. I.
p. 18.*

\ Sæcul. XVI.
A C. 1559.

Minister Cadomi in Normania inter Calvinistas introducere satagebat: postmodum plurima circa disciplinam constituta sunt de Synodis, ac colloquiis, necnon de eorum Præsidibus: quædam etiam statuta condebant de Ministrorum electione, eorumque munere, de Diaconis, censuris, sicuti etiam de contrahendis, aut dissolvendis matrimoniis, tollebant quoque Principatum ex Ecclesia, ita, ut deinceps omnia collegia essent æqualia, nec minus differabant de excommunicatione, ac unitate doctrinæ, statuentes, quod rejectis omnibus exteris opinionibus sola Calvinista propugnaretur, quæ tamen non unius, aut alterius arbitrio, sed ex consensu, & consilio universæ synodi duntaxat mutari valeret: cum autem hæc proponeretur quæstio, an ad Episcopos, eorumque Officiales appellare liceat, petulanter respondebant, quod id duntaxat in causis civilibus permisum sit, eo modo, sicut pro obtinenda crudelitatis remissione Latroni supplicare licet.

§. CXIV.

Origo confessionis fidei, ac Calvinistarum discipline in Gallis.

Beza hist.
Eccl. l. 2.
versus finem.

Communior quidem tenet opinio, quod Reformati, ut se vocant, suam fidei

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

dei confessionem, ac disciplinæ Ecclesiasticæ normam, quarum utraque quadraginta articulos complectitur, in hac Synodo confarcinarint: attamen longe vero similis est, quod utraque in Genevensi Urbe ex damnata Calvinii officina profusa prodierit; quippe hi articuli jamjam die vigesima octava Maji erant subscripti, atque ab hac Synodo postea acceptati, cum tamen hæc non nisi die vigesima sexta fuerit inchoata, unde sequitur, quod tam hæc, quam illa jam antea fuissent fabricatæ; nullatenus enim credere fas est, quod hi Deputati, utpote Viri potissimam partem prorsus stupidi intra bidui angustias unanimi consensu octoginta omnino articulos consuere potuerint: quinimo inter eos mota erat altercatio, an non ex Senioribus, qui non nisi urgente necessitatis casu fuerant selecti, ac prorsus omnis scientiæ expertes erant, suo munere exauctorandi forent: porro id omnino fieri oportere, affirmabant ceteri, præcipue, si illorum nonnulli crassa nimis laborarent ignorantia, prout etiam comprobatum exstabat, quod plurimi ex illis inscitia sua facile cunctos superarent. Ceterum hæc fidei confessio, ac disciplinæ norma non nisi posterioribus Regum Franciæ temporibus divulgabatur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. CXV.

*Principum Protestantium Oratores
pro Calvinistis apud Regem
supplices.*

*Thuan. l. 22.
num. 7.*

Interea Calvinus ex Genevensibus latebris factioni suæ, quæ indies in Galliis numero excrescebat, conservandæ sedulo invigilabat, quapropter Germaniæ Protestantes sollicitabat, ut datis ad Henricum II. Regem literis eundem rogarent, quatenus suæ sectæ alumnos, quibus carceres erant repleti, paulo mitius haberet: quinimo eodem tempore Legati a Protestantibus Germaniæ Principibus ad Regem venerunt cum literis Friderici Comitis Palatini, Augusti Saxoniae Ducis, & Joachimi Brandenburgici septemvirorum: afferbantur quoque literæ Christophori Wirtembergici, & Wolfgangi Veldentii comitis manu subscriptæ, quarum hæc summa erat: „intelleximus magno nostro „cum dolore, plerosque viros pios, ac „pacis studiosos, qui eandem, quam „nos, Religionem profitentur, in Gallia tanquam seditiosos, ac publicæ „quietis turbatores in carcerem trudi, „bonis exui, in exilium agi, atque etiam „supremo supplicio affici, qua de causa „ad te Christianissime Rex misimus, ex „Christiana charitate, & amicitia, quæ nobis

„nobis tecum, ac Regno Galliaë inter-
 „cedit, impulsi, ac rogamus, ut Ma-
 „jestas vestra de causa hac, in qua Dei
 „nomen, & salus tot animarum verti-
 „tur, trutinatis maturo iudicio rati-
 „bus decernat, nec ullo præiudicio
 „mentem præoccupari patiatur: Nos
 „vero de Dei Gloria, ut pios Principes
 „debet, & de nostra, ac nostrorum sa-
 „lute solliciti non minus quam ipsemet
 „Rex, exortis de Religione tumultibus
 „rationem, qua res componi posset,
 „diligenter inivimus, & dum serio in
 „id incumbimus, compertum habui-
 „mus, quod multa sensim per avari-
 „tiam, & ambitionem in Ecclesiam ir-
 „reperint, quæ ad Dei contumeliam
 „vergunt, & offensionis causam præ-
 „bent.

„Ex his illi hæc inferebant: pravi
 „ergo ejusmodi usus Sacrae Scripturae
 „testimoniis argui, & ex antiquorum
 „Conciliorum decretis, ac prioris ævi
 „Patrum auctoritate emendari debent,
 „nam neque heri, aut nudius tertius
 „de corruptis Curia Romanæ moribus,
 „& depravata disciplina instituta sunt
 „querelæ, cum jam ante multos an-
 „nos in Galliis audita, & nota fuerint
 „ea, quæ Guilielmus Parisiensis, Joan-
 „nes Gerson, Nicolaus Clemangius, &
 „alii Theologi de iis scripserunt. Id

Sæcul. XVI.
 A. C. 1559.

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

„quoque prævidit beatæ memoriæ
 „Franciscus Parens tuus, qui optime
 „consultus negotium de conciliandis
 „Religionis dissidiis, & Ecclesiastica
 „disciplina corrigenda aliquando susce-
 „perat: hæc igitur cura est digna Re-
 „gis a tanto Patre progeniti; hinc ora-
 „mus, ut operam des, quatenus, dum ab
 „armis externis Gallia quiescit, dissensio-
 „nes domi propter Religionem exortæ
 „tua auctoritate, & interventu amice,
 „ac pacate componantur. Hujus rei non
 „aliam rationem videmus, quam si vestra
 „Majestas confestim viros idoneos, &
 „tranquillitatis amantes deligat, qui de
 „hac causa citra odium cognoscant, &
 „fidei confessionem, quam exhibemus,
 „ad Sacræ Scripturæ, ac veterum Pa-
 „trum regulam exigant, & examinent.
 „interea vero judiciorum severitas in-
 „termittatur, atque illi, qui in carceris
 „pœdore confenescent, emittantur, exu-
 „les revocentur, & bonis exuti resti-
 „tuantur: nam ita faciet vestra Maje-
 „stas rem Deo acceptam. sibi honorifi-
 „cam, ac Regno utilem, nobis vero,
 „qui deprecatum pro miseris hominibus
 „tanquam pro communi causa legatos
 „ad te misimus, gratissimam, ob quam
 „non parum tibi debitori sumus.

§. CXVI.

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

§. CXVI.

*Judices ad cognoscendam Senatorum
captivorum causam a Rege
nominati.*

Equidem Rex hosce Legatos benigne admodum excepit, lectisque Principum suorum literis missurum se quosdam propediem ad eos respondit subjungens, sperare se, quod eorum votis abunde satisfiat. Dimissis ita legatis, cum hi vix ad Regni limites pervenisent, ignis, qui ipsorum adventu quasi restinctus putabatur, eorundem discessu violentius inflammari cœpit, nam mox decima nona Junii Judices a Rege deliguntur, qui de Senatorum carceri mancipatorum causa cognoscerent, iique fuerunt Joannes Santandreanus Præses, & Joannes Jacobus Memmius libellorum Supplicum Magister, Ludovicus Gigas, Robertus Boetius consiliiarii; Eustachius Bellajus (*) Episcopus Parisiensis, & Antonius Muchyus cognomento Demochares, fidei, ut vocant, Inquisitor. Itaque Burgus eodem die a Santandreano interrogatus respondere detrectat, id enim juris esse Senatoribus

O 5 inqui-

(*) Hic idem tertio genitus erat frater Cardinalis Bellaii, cui in Parisiensi Episcopatu successerat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559. inquiebat, quod iidem, nisi coram uni-
versa Curia, coactis in unum cunctis
classibus, in capitis iudicio causam
dicere permetterentur, ad id cogi
non possint: Tum vero novum di-
ploma Burdinus Pro-Cancellarius
a Rege impetrat, vi cuius Bur-
gus coram delegatis illis iudicibus re-
sponderet, atque nisi id faceret, pro
convicto haberetur, & perduellionis
pœnæ obnoxius teneretur. Ita Burgus
propter criminis atrocitatem, ut dictum
fuerat, Senatorio privilegio indignus
habebatur: verum ne Regis, cui se in
omnibus obedientem profitebatur, im-
perium detrectare videretur, morem
gessit, protestatione tamen prius facta,
ne fraudi sibi esset, aut inde privilegio
suo præiudicium inferretur.

§. CXVII.

*Burgus de hæresi convictus, atque ab
Episcopo Parisiensi damnatus.*

Thuan. l. c. Nihilominus Eustachius Bellajus Pa-
risiensis Episcopus, ut Burgum in
carcere detentum ad veritatis semitam
reduceret, eundem erroris convincere
unacum Doctoribus suis adlaborabat,
quinimo ut eidem magis adhuc expe-
dita suppeditaret media, quamdam ca-
tholicæ fidei expositionem ipsi tradebat,
quam

quam etiam Burgus se acceptare simulabat, petens, ut eidem charta, & atramentum afferretur: verum his ille unice utebatur, ut juxta hæresis suæ principia adversam fidei expositionem conscriberet, in qua tamen suam in rebus Theologicis inscitiam oppido manifestam reddebat. Hanc fidei professionem quantoctius Felicianus Ningarda de Valle Telinæ Comensis Episcopus confutabat, edito libro admodum erudito, qui tertio post anno Venetis literis excusus prodit. Postea Burgus coram iudicibus de fidei suæ confessione interrogatur, cum vero ejus responsa omnino falsæ Lutheri, ac Zwinglii doctrinæ consona essent, a Parisiensi Episcopo, quem reus tanquam suum Præsulem, ac iudicem agnoscebat, de hæresi convictus declaratur, statuiturque, ut sacerdotali Characterem tanquam indignus privaretur, eoque facto profanæ iudicum potestati puniendus traderetur: ab hac tamen sententia tanquam a iudice non legitimo Burgus appellabat ad Parisiensem Senatam, in quo publice præsentibus Lotharingio Cardinale, & Bertrando Archiepiscopo Senonensi, ac Cardinale hæc caussa agitabatur, ac appellatio tanquam irrita declarabatur, reusque ad proprios suos iudices remittebatur: nihilominus Burgus duplicis appellationis

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

Sæcul. XVI
A C. 1559.

~~Quædam in fine hujus sæculi~~

tionis remedio sese tueri nitebatur: provocabat enim ad Senonensem Archiepiscopum tanquam Metropolitanam suam, necnon ad Archiepiscopum Lugdunensem, qui erat illius Primas: ast in utroque hoc tribunali sententia adversus eum jamjam pronuntiata confirmabatur: tandem vero reus ad summum quoque Pontificem appellare voluit, id ei suadentibus ejus amicis: quinimo reipsa quoque provocasset, nisi ei exprobrari timuisset, quod bestiam adoraverit, prout Protestantes pudendo ore calumniari, atque illos carpere solent, qui Christi Domini Vicarium, ejusque auctoritatem reverentur: Itaque hujus calumnie metu absterritus ad Parisiensem Episcopum reducitur, a quo sacerdotali dignitate exutus profani Judicis potestati fuit traditus.

§. CXVIII.

Hastiludia in nuptiis Elisabethæ de Francia cum Philippo II. instituta.

*Spond. hoc
ann. n. 21.
Thuan. l. c.
Belcar.
comm. l. 28.
num. 31.*

Sub idem tempus in Franciæ aula cuncta parabantur ad celebrandas nuptias Elisabethæ natu majoris Galliarum Regis filiæ, quam Albæ Dux Philippi Regis nomine desponsaturus jamjam advenerat: ubi initum quoque erat tunc
matri-

matrimonium inter Margaritam Henrici ^{Sæcul. XVI.}
 Regis sororem, & Sabaudiaë Ducem: ^{A. C. 1559.}
 ut igitur hæc solemnitas cum majori
 pompa haberetur, hastiludia, seu hono-
 rifica certamina, in quibus Nobiles in
 arenam descendentes suæ fortitudinis,
 ac dexteritatis specimina ederent, per
 integros tres dies institui decrevit: Ita-
 que pugnantes equo vecti concurrunt,
 muniti lanceis, ac gladiis, quorum ta-
 men cuspides, aciesque hebetatæ, atque
 obtusæ erant; quamvis ob immodera-
 tam certaminis aviditatem, vel decer-
 tantium odia non raro funesti casus eve-
 nissent; cum autem eo tempore Gallia-
 rum Reges in Palatio, quod a Turri-
 culis nomen habet, in S. Antonii vico
 prope Bastiliam arcem habitarent, ideo
 Henricus II. ibidem ab utroque hujus
 plateæ latere pro equestri hoc certamine
 sedilia disponere jussit, atque ipsemet
 unacum Ferrariaë, & Guisii Ducibus
 die trigesima Junii pugnam inire voluit,
 Hispanisque spectantibus cum aulæ suæ
 Nobilibus dexteritate, ac virium robo-
 re magis conspicuis sæpius in are-
 nam descendit, eorumque ictus felici-
 ter elusit.

§. CXIX.

Rex e ruptæ hastæ ictu vulneratus.

Ea-

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

*Thu. l. c.
Duplex hist.
de France
tom. 3.
p. 590.
Brantom.
mem. t. 2.*

Eadem adhuc die Rex, postquam plures Equites humi prostravit, Gabrieli Lorgio Mongomerio Comiti, ac regii Satellitii Præfecto injunxit, ut cum ipso ludicrum certamen iniret, ac hastam frangere tentaret, eoquod pugnandi peritia, ac dexteritate ceteris celebrior crederetur. Hic modeste pugnam recusabat, cum priori die fortè minus prospera in hoc ludo sese exercuisset, nec non debita erga Regem submissione absterreretur: quinimo ipsamet Regina, veluti futuri casus præsaga Regem, ne amplius concurreret, efflictim rogabat, easdemque preces per Sabaudix Ducem ingeminari curabat. Verum Henricus cum Comite cursum tentare volens, lanceam afferri iussit, dicens: „hac duntaxat adhuc vice concurram, secunda mihi aderit fortuna.“ Ergo ambo in certaminis loco comparerent, equisque agitatis mutuo sese invadunt, ac tanto impetu invicem impellunt, ut eorum hastæ utrinque frangerentur, ac Montgomerianæ lanceæ festuca casu, cum fors cassis esset aperta, tam valido ictu Regis oculum penetraret, ut inde occiput læderetur, atque eo ex vulnere Rex ex equo suo in terram prostratus, mentisque, ac linguæ usû destitutus pene exanimis corrueret, donec undecima post acceptum vulnus die

die scilicet decima Julii in suo Turri-
culano Palatio decederet.

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

§. CXX.

*Henrici II. Galliarum Regis obitus,
variumque de eo iudicium.*

Die, quo Rex obierat, numerabat *Thuan. hist.*
ætatis suæ annos quadraginta, tres *l. 22.*
Menses, & undecim dies, postquam *Petrus Pa-*
duodecim annis, quatuor Mensibus, & *scalius in*
decem diebus regnasset. Cor ejus de- *elog. Hen-*
latum est Lutetias Parisiorum ad Tem- *rici II.*
plum Patrum Cœlestinorum, corpus
vero illius ad Ecclesiam S. Dionysii
ubi Regina Vidua eidem magnificum
prorsus monumentum poni curavit.
Porro Calvinii Sectatores insulse obser-
vabant, quod Rex fuerit vulneratus,
haud procul a Bastilia arce, in qua qui-
dam Regii Senatus Patres captivi de-
tinebantur, atque inter eos præcipue
Annas Burgus, de quo asseverabat,
quod utroque suo oculo spectator adesse
velit, quando is rogi supplicio e medio
tolletur. Referunt alii, quod Lucas
Gauricus celebris Mathematicus, ac
Paulo III. percarus jam dudum Regis
mortem prædixerit, ac Reginæ illum
hac de re consulenti responderit, quod
Rex illius Maritus vulnere in oculo ac-
cepto in duello vitam amissurus esset.

§. CXXI.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

§. CXXI.

Hujus Regis virtutes, ac vitia.

Enimvero hic Princeps præclaris animi dotibus inclarescebat; erat enim magnanimus, & bellicosus, ac prospero ferme semper Marte Regni limites extendebat: Insuper æquitatis studiosus, subditis suis carus, liberalis, comes, ac benignus deprædicatur, ac vere sine nævo diceretur, si ejus mores externæ agendi rationi consoni fuissent: attamen elegans corporis sui habitudo, facies blanda, ac serena, animi sui comitas, necnon ipsius in omni exercitiorum genere dexteritas, virium robur, atque agilitas minime conjunctæ erant cum animi constantia, laboris assiduitate, prudentia, atque in rebus discernendis judicio, quæ tamen dotes ad felix regimen oppidò necessariæ sunt. Ceterum primævo naturæ beneficio benignus erat, atque ad æquitatem propensus, quamvis nunquam sui ipsius arbitri esse auderet, cumque alieno potius, quam suo ingenio regeretur, existit omnium origo malorum, quæ illi perpetrabant, a quorum arbitrio pendebat: nec ulla etiam excusatione celeri potest nefandum illius commercium cum Diana Pictaviensi, Valentina Ducissa, quæ cuncta pro summo imperio
in

in regno moderabatur, adeo, ut ipsimet Sæc. XVI. A.C. 1559.
 etiam Regis Ministri æque, ac clientes
 ab illius nutu dependerent, quinimo
 Annas etiam Monmorantius Connesta-
 bilis, quamvis Regi in paucis carus, at-
 que aliunde severi supercilii vir esset,
 nihilominus ad hujus pellicis favores
 recurrere cogebatur: nihil tamen ma-
 gis admiratu dignum est, quam sum-
 mum illud imperium, quo hæc mulier
 Regis animo dominabatur; quamvis
 enim jamjam adeo propectæ esset æta-
 tis, ut ceteræ ejusdem furfuris fœmi-
 næ tum amorum illecebris nuntium
 mittere soleant, illa adhuc tantopere
 Regem fascinabat, ut etiam nefandos
 vetulæ meretricis suæ amplexus, qui-
 bus ea passim aliis procis assueverat, in-
 dulgenter tolerare compelleretur.

§ CXXII.

Henrici II. Conjuges, ac liberi.

Ceterum Henricus II. die vigesima se-
 ptima Decembris Anno Domini
 millesimo quingentesimo trigesimo quin-
 to, cum adhuc Franciscus I. ejus Pater,
 ac Delphinus frater viverent, sibi de-
 sponsabat juxta fœderis initi leges Ca-
 tharinam Medicæam, quæ unica erat
 Laurentii Medicæi Urbinatis Ducis, &
 Magdalenæ de Turre Alvernia filia.
 Hæc decimum conjugii sui annum age-
 bat,

*Hist. geneal.
 de la
 Maison de
 France par
 Sainte
 Marthe t. I.
 p. 764. Et
 suiv.*

Hist. Eccles. Tom. XLIII.

P bat,

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

bat, quin prolem fusciperet, postea vero die vigesima Februarii Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo tertio enixa est Franciscum II. Regni Successorem, quem sequebatur Ludovicus Aurelianensis, qui tertio Februarii die Anno supra millesimum quingentesimo quadragesimo nono natus vigesimo post Mense decessit. Tertius erat Carolus Maximilianus, qui die vigesima septima Junii Anno a Christi nativitate millesimo quingentesimo quinquagesimo in lucem editus mortuo Francisco II. regnum adeptus est, assumpto Caroli IX. nomine. Quartum Regina Filium susceperat Eduardum Alexandrum, primo Alensonii & postea Andegavi Ducem, qui die vigesima prima Septembris Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Fontis Bellaquei natus utrumque sui Ducatus nomen deposuit, iussu Caroli IX. Fratris sui, quo fati functo ipse sceptrum rotabat, dictus Henricus III. idemque Poloniæ Rex nominabatur. Quintus denique ex Catharinæ Filiis erat Hercules Alensonii Dux die decima octava Martii Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto progenitus, qui itidem Alensonii Ducis titulum commutare, atque francisci nomen assumere

mere ab eodem Carolo IX. jubebatur. **Sæcul. XVI.**
 Porro Henricus II. quinque pariter Fi- **A.C. 1559.**
 lias procreaverat, quarum prima erat
 Elisabetha die decima tertia Aprilis an-
 no Christi millesimo quingentesimo
 quadragesimo quinto nata, quæ die vi-
 gesima secunda Junii Anno Domini mil-
 lesimo quingentesimo quinquagesimo
 nono Philippo II. Hispaniarum Regi nu-
 pserat. II. Claudia, quæ Mense No-
 vembri Anno post Christum natum mil-
 lesimo quingentesimo quadragesimo se-
 ptimo primam lucem aspexit, die quinta
 Februarii Anno salutis nostræ quingen-
 tesimo quinquagesimo octavo supra mil-
 lesimum Carolo hujus nominis secundo
 Lotharingæ Duci desponsata fuit. III.
 Margarita Valesii Ducissa Anno millesi-
 mo quingentesimo quinquagesimo primo
 die decima quarta Maji nata &, cum
 Annus Domini millesimus quingentesi-
 mus septuagesimus secundus ageretur,
 matrimonio juncta est die decima octava
 Augusti Henrico Navarræ Regi, qui
 assumpto Henrici IV. nomine Galliarum
 Regnum adeptus Anno Christi millesi-
 mo quingentesimo nonagesimo nono
 matrimonium suum dissolvi curabat,
 caustatus, quod ejus Conjux sterilis,
 sibique sanguine juncta esset, ac ipse
 consensum suum ad hæc nuptias mi-
 nime dedisset. Quarta erat Victoria die
 P 2 vige-

Sæcul XVI
A.C. 1559.

vigesima tertia Junii Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto nata, ac die decima septima sequentis Mensis Augusti mortua. Quinta denique Joanna de Francia gemella Victoriæ soror, quæ vix nata vivis erepta fuit. Porro istas, quæ sequuntur, proles Henricus Rex ex adulterino concubitu susceperat, ac primus quidem fuit Henricus Engolismensis supremus Franciæ Prior, Provinciæ Gubernator, atque Orientalis classis Præfectus, isque ex quadam Nobili Matrona Scota, quæ ex Lerissonum genere ortum duxit, natus die secunda Junii Anno Servatoris nostri millesimo quingentesimo octogesimo sexto Aquis sextiis in Provincia trucidatus fuit. Altera erat Diana, quæ justis natalibus restituta foedere inito Anno a Christi Nativitate millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo die decima tertia Februarii primum Horatio Farnesio Castrensi Duci, & postea novis pactis die tertia Maij Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo nupserat Francisco Montmorentio Duci, qui Annæ Montmorentii Conestabilis Filius in hac eadem dignitate Patri suo postmodum successerat.

§. CXXIII.

§. CXXIII.

*Varia ab Henrico in Regno suo
stabilita.*Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

Ceterum Henricus Rex corpore, quod *Hist. geneal. l. c.*
tamen justam staturam non exce-
debat, erat procerus, & vultu nonnihil
oblongo, nasoque recto, & parum elato,
fronte grandi, ac serena, atque aspectu
fixo blandus, admodum comis esse vi-
debatur, ejus vero facies colorem sub-
nigrum, parumque rubicundum præ-
seserebat. Hic idem apud Rhedones
in Britannia Senatum instituit, quem
nonnisi semestrem esse voluit, ad quam
quoque normam, ut supra memoravi-
mus, Parisiensem Senatum revocabat,
quamvis hæc lex nonnisi per triennium
vigeret: Insuper Monetarium Judicium
curia eo regnante ad summam Senatus
jurisdictionem evehebatur, nec minus
Montferrandiæ in Alvernia supremum
rei tributariæ tribunal instituit, quod
tamen progressu temporis Claromon-
tium Alverniæ Metropolim translatum
fuit. Porro in præcipuis Regni sui ur-
bibus abolita Senescalorum, Præposito-
rum, ac Rectorum jurisdictione Præsi-
diales curias, seu tribunalia erexit, nec
non eo Regnante secretioris Senatus
Ministri, ac edictorum Scribæ nominari
cœperant, qui ad urbes, & Provincias

Sæcul. XVI
A.C. 1559. ipsis assignatas diplomata expedirent.
 Denique Albretanam Toparchiam in Aquitannia adjecta Parium Franciæ dignitate in Henrici Navarræ Regis favorem ad ducatum evehebat, atque Albarlensem Comitatum in Normannia pro Claudio Lotharingio primo Guiffi Duce, necnon pro Anna Franciæ Connestabili Montmorentianorum Baronum Satrapiam Ducatus titulo, ac jurisdictione augebat; hunc enim Connestabilem rursus ad aulam suam, a qua sub Francisco I. exulare jubebatur, revocatum singulari affectu honorabat.

§. CXXIV.

Franciscus II. Henrici II. Patris sui Successor.

*Spond. hoc
 ann. n. 23.
 Belcar.
 comm. l. 28.
 num. 32.*

Succefferat Henrico defuncto Franciscus II. natus major illius Filius, qui jam antea Mariæ Stuartæ matrimonio junctus Scotiæ Rex appellabatur. Hic Princeps erat imbecilli, ac infirma corporis valetudine laborans, ac tum nonnisi decimum sextum ætatis suæ annum cum semestri expleverat; natus enim erat Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo tertio die vigesima Januarii, ac proin juxta Regni leges jamjam extra Tutorum potestatem positus Regni habens per seipsum moderandis aptus erat: nihilominus cum juveni-

venilis adhuc dum ætatis, atque adversæ **Sæcul XVI.**
 valetudinis esset, & præsertim ingenii **A. C. 1559.**
 sui acies arctissimis sane limitibus cir-
 cumscripta, & non minus corpore quam
 mente imbecillis existeret, hinc decre-
 tum fuit, ut eidem Senatus ex ejus-
 modi Viris, qui ejus nomine rerum
 summæ præesse possent, compositus ad-
 jungeretur: verum circa selectum Aula
 in duas factiones scindebatur; quippe
 tam Guisii, quam Montmorentii ferme
 eadem potentia, & auctoritate sub priori
 regimine valebant: quinimo vix mor-
 tuo Henrico Rege adhuc tertia prodibat
 factio, cujus caput erat Antonius Bor-
 bonius, qui Joannæ Albretæ desponsa-
 tus in Navarræ Regem salutabatur, ei-
 que accesserat Ludovicus Condeus ejus-
 dem frater, qui tamen ambo post Bor-
 bonii Connestabilis rebellionem in Fran-
 ciæ aula omni destituebantur auctori-
 tate: quapropter præsentis rerum vicissi-
 tudine uti decernebant, ut ad digni-
 tates suo generi congruas rursus ascen-
 dere valerent.

§. CXXV.

*Regni administratio a Regina Fran-
 cisci II. Matre, & Guisii
 vindicata.*

Equidem clandestinas artes, quibus
 quælibet factio alteri prævalere sa-
 tage-

Sæc. XVI. tagebat, sigillatim referre, supervaca-
 A.C. 1559. neum censemus: sufficit enim paucis
 exponere, quod Catharina Medicæa
 Regina, ac Francisci Regis Mater in
 Regio Senatu primas habere partes
 contenderit, cum autem, qua ratione,
 id impetrare posset, admodum dubia
 hæreret, tandem sese Guisliis Principi-
 bus adjungebat, ut ipsorum opera sibi
 Regni administrationem vendicaret, li-
 cet ea ad Navarræ Regem, & Condeum
 Principem ejus fratrem utpote proximos
 Regii Sanguinis hæredes jure devol-
 venda esset: ab illo igitur temporis ar-
 ticulo Regina sese Connestabili infen-
 sam declarabat, non modo ea ex causa,
 quod privati in eum odii rationes sibi
 suppetere arbitraretur, sed potissimum
 id faciebat, ut Guislios æmulos suos a
 Regni administratione arcere, eamque
 ad Regiæ stirpis Principes devolvere
 hac ratione posset. Enimvero prudens
 ille seniculus, cum per Regis obitum
 ingentes in regno tumultus suscitari præ-
 nosset, eadem, qua Henricus erat vul-
 neratus, die Navarræ Regi perscripse-
 rat, ut quantocius ad Aulam propera-
 ret, ac Regiminis curam in se suscipe-
 ret, cum ipsum regimen obeunte Rege
 ad illum devolveretur. Attamen hic
 Princeps, cum ad magna molimina ei
 animus deesset, ex Bearnia quidem
 discessit,

discessit, Vindocini tamen moram adeo longam traxit, ut Guisii absentiam illius in rem suam verterent, ac ipse aulam accedens indignum in modum recipere-
tur; quippe nec quidem pro dignitatis suæ ratione habitaculum ei assignaba-
tur, atque vix Regis conspectum subi-
ens mox ab eo percipere coactus erat,
quod Regni sui administrationem jam-
jam Avunculis suis Guisiis Principibus
commisisset, & quidem Guisio Duci to-
tius exercitus sui Imperium, ac rei bel-
licæ curam tradidisset, Lotharingium
autem Cardinalem ejus fratrem secre-
toris consilii Ministrum creasset. Insu-
per amoto Cardinale Bertrando Pro-
Cancellarii dignitas Caliverio singu-
laris meriti, raræque probitatis viro rur-
sus conferebatur; nam olim hoc munus
Valentina Ducissa eidem auferri præce-
perat.

§. CXXVI.

*Montmorentius Connestabilis, & Va-
lentina Ducissa Reginae exosa.*

Cum ergo Connestabilis Montmoren-
tius Reginam Matrem cum Guisiis
tam arcta amicitia conjunctam cerneret,
inde plurimum territus suam ruinam fo-
re proximam haud obscure prælagiebat;
quippe omnes illi, qui ei quovis neces-
situdinis vinculo juncti erant, ab aula

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

La Popelin.

l. 5.

Mezerai

abreg. chron.

dans la vie de

Francois II.

t. 5. p. 8.

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

removebantur, ac præmiis, quæ ipsis fuerant promissa, frustrati fuerant, quinimo eadem severitas in illos quoque exercebatur, qui se Connestabili obstrictos jactitabant, his vero artibus Guisii ad Ambasianam conjurationem, quin eam tum intenderent, præcipue viam sternerant, prout anno sequenti memorabimus: cum igitur Connestabilis supremum copiarum imperium Guisio Duci collatum cerneret, suam operam haud amplius utilem fore ratus, suum munus coram Rege dimisit: verum Rex ultronea hac cessione nondum contentus eidem, ut etiam aula abiret, Author extitit, ac postea eundem compulit, ut Regii Palatii Magisterium Guisio Duci cederet, quin in amissi muneris compensationem Connestabili amplius concederetur, nisi quod Franciscus ejus filius in Franciæ Marefcallum præter morem nominaretur; tum enim, cum Marefcallorum nullus fatis esset functus, hæc dignitas non vacabat: ast hoc favore nequaquam Connestabilis indignatio sedabatur, quapropter Cantilliam ad ædes suas sese recipere statuit.

Sub idem tempus Regina iram suam adversus Valentinam Ducissam exerere cæperat; quippe gemmas ex Regio thesauro depromptas, quas sibi a Rege donatas assererat, eidem auferri præcepit.

pit, illam vero Anetum ad prædium suum, quod non ita pridem plene construxerat, exulatum abire jussit: quinimo cum illam re ipsa tanquam æmulam suam, quæ Mariti sui cor abstulerat, sustinere haud posset, jamjam in eo erat, ut omnem odii sui rabiem in eam effunderet: cum autem rerum suarum rationi præteritæ æmulationis furor ac præsentis indignationis testificationem obesse cerneret, iræ suæ temperans Ducissam duntaxat ex aula excedere voluit: ast illa hoc adversæ fortunæ casu adeo non terrebatur, ut etiam Reginæ prædium suum *Chenon-* *Chenonceaux* *co* dictum, quod inter urbes eidem ex defuncti Mariti sui bonis relictas medium tenebat, offerret, quod etiam munus Regina gratanter acceptans eidem vicissim Calvimontanam ditionem ad Ligirim donabat.

§. CXXVII.

Navarræ Regis adventus ad aulam.

Adhucdum in aula morabantur Navarræ Rex, ac Condæus Princeps, quos Guisii pariter inde expellere totis viribus nitebantur, ut ipsi soli pro summo Imperio Regnum administrare possent: Navarræ tamen Rex in Gallias eo tempore advenerat, quo aula in oppido S. Germani in Laia habitabat,
Rex

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

Sæcul. XVI. Rex vero venationi intentus erat: do-
A.C. 1559. nec vero inde reverteretur, Navarren-
 sis ambas Reginas salutatum ibat, &
 postea Cardinalem Lotharingium invi-
 sebat, quam rem Calvini Sectatores æ-
 gerrime ferebant, veriti, ne officiosa
 hac comitate horum hæreticorum ho-
 stes sibi devincire satageret: verum a-
 crius adhuc in eum excandescebant,
 dum eis nuntiatum fuerat, quod Na-
 varræ Rex, postquam Franciscum II. a
 venationibus reducem salutaverat, Gui-
 sium quoque Ducem visum ivisset: ab
 eo igitur temporis articulo Navarren-
 sem spernere cæperant tanquam virum,
 in quo nullum eis præsidium ultra repo-
 situm esset. Interea Franciscus Regem
 perbenigne excepit, eidem tamen per-
 inde, ac si ejus postulata prævertere vel-
 let, significabat, quod Regni admini-
 strationem haud sperare posset, cum ea
 jamjam Guisio Duci, & Cardinali Lo-
 tharingio ejus fratri, utpote Reginæ
 Avunculis commissa foret: eidem ta-
 men Rex pollicitus est, quod ipsi sem-
 per favere velit, quantum ejus dignitas,
 virtus, ac sanguinis propinquitas depo-
 siceret: Attamen insuperhabitis specio-
 sis hisce amicitiae significationibus Au-
 lici eo intenti erant, ut Navarræ Re-
 gem aula excluderent.

§. CXXVIII.

*Franciscus II. Rex Rhemis inaugu-
guratus.*Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

Interea Rex Rhemos proficiscebatur, *La Popelin.*
 ut ibidem sacro oleo unctus pro mo- *hist. de Franc.*
 re inauguraretur, quæ solemnitas per- *II. l. 5.*
 acta est die octava septembris per Car- *Thuan. l. 23.*
 dinalem Lotharingium, qui tum præ- *Belcar. com.*
 fatæ urbis Archiepiscopus erat. Inter- *l. 28. n. 35.*
 erat etiam Navarræ Rex, cum ibi ad-
 esse rogaretur, qui idem paucis post die-
 bus quoque invitabatur, ut Regio Se-
 natui præsens esse velit, licet id mini-
 me factum sit, ut singularis eidem ho-
 nor exhiberetur, sed potius ut quamdam
 Regis Hispaniæ Epistolam prælegi per-
 ciperet, in qua Philippus Rex Franci-
 sco II. hæc significabat: „Nuntiatum
 „mihi est, quod nonnulli Principes, ac
 „Proceres ex subditis tuis de selectu Mi-
 „nistrorum tuorum haud contenti sint,
 „indeque seditiones concitandi, ac clan-
 „destina consilia contra regiminis nor-
 „mam fovendi occasionem arripiant:
 „quocirca tuam contra illos auctorita-
 „tem tueri satage, sique horum quis-
 „quam ad illam prolaberetur temerita-
 „tem, ut præsens Franciæ regimen car-
 „pere præsumeret, ad subigendos ejus-
 „modi seditiosos opem meam, arma, di-
 „vitas, omniumque Regnorum, quæ
 per

Sæc XVI.
A.C 1559.

„per Dei providentiam adeptus sum,
„potentiam in omnibus, atque integris
„viribus tibi offero contra quoscunque,
„qui, cujuscunque demum conditionis
„sint, Regni tui tranquillitatem turbat-
„se convinentur. „ Data erat hæc E-
pistola die trigesima prima Octobris, qua
Philippus Rex respondit ad literas a
Catharina Medicæa sorore sua ad eum
datas, in quibus hæc istius Regis au-
xilium adversus Regni perturbatores im-
plorabat.

§. CXXIX.

*Navarræ Rex injecto metu ex Gallis
secedens.*

Thuan. l. 23.
n. 3.

Cum ergo Navarræ Rex se præprimis
in hujusmodi literis perstringi, haud
obscure intelligeret, nunquam suæ se-
curitati magis consultum fore censebat,
nisi e Gallis discederet, hacque ratio-
ne Hispaniarum Regi omnem tolleret
susplicandi obtentum, quo is eo consilio
in Franciam venisse credi posset, ut exi-
guam illam, quæ ei ex conjugis suæ bo-
nis supererat, portionem recuperare vale-
ret: Insuper haud ignorabat, quod Hi-
spani tertiam Navarrici Regni partem Jo-
anni Albreto ereptam possiderent, haud
alio jure suffulti, nisi Julii II. diplomate,
vi cujus Ferdinando Catholico hoc Reg-
num vindicandi facultas dabatur, qua-
propter

propter haud temere verebatur, ne Philippus II. residuam Regni partem sibi vendicare quæreret, innixus declarationi, quam Francisci II. nomine Regina Mater, ac Principes Guisii promulgabant, qui ipsimet, postquam a Navarræ Rege serio discessum parari intellexerant, veriti, ne rursus sententiam mutaret, illum in suo proposito firmare toto studio nitebantur, Regi suggerentes, quod Hispaniæ Reginam ad Regem Maritum suum conducendi Provinciam Navarrensi committere vellet.

§. CXXX.

Navarræ Rex Hispaniæ Reginam ad Maritum suum deducere iussus.

Itaque Navarræ Rex oblatam Reginam in Hispaniam deducendi occasionem acceptans itineri sese accingebat, eumque comitabantur Borbonius Cardinalis, ac Princeps de Rupibus ad Yonem. Vix Navarrensis ad Abbatiam Roncevallensem in Navarrensi ditione sitam pervenerat, cum Reginam Philippi Deputatis, qui erant Burgensis Cardinalis, ac Infantadensis Dux, illico traderet. Interea Regina Francisci II. Mater Condæum Principem Navarrici Regis fratrem ab aula saltem ad tempus removendi obtentum jamjam excogitaverat; huic enim negotium dabat, ut ad Hispaniæ

Sæc. XVI.

A.C. 1559.

*Thuan. l. c.
Belcar.com.
l. 28. n. 33.*

Sæcul. XVI. A.C. 1559. spaniæ Regem in Flandriam contendere-
ret, ibidem pacis fœdus firmaturus,
quod tum Cameraci pro obtinenda pa-
ce, ac pro amicitia inter utrumque Re-
gnum stabilienda initum fuit: insuper
eidem Regina injunxerat, ut Ordinis
S. Michaelis insigne ad Philippum de-
ferret, cum hic idem Princeps vicissim
aurei velleris Torquem Galliarum Regi
submisisset.

§. CXXXI.

Varicæ in aula innovationes.

Thuan. l. c. Postquam Regina, ac Guisii Principes
omnes illos, qui eis in Regni ad-
ministracione obsistere possent, hac ra-
tione amovissent, primas eo curas in-
tendebant, ut eorum loco alios Proce-
res sibi plene addictos subrogarent: præ-
primis vero absente Condæo Principe
Roma evocabatur Cardinalis Turnonius,
qui cum ampliori auctoritate, ac antea
possederat, Consiliariis associabatur:
Picardiæ autem administratio Colinio
Architalasso adempta fuit, eo obtentu,
quod jamjam Franciæ Pen-Insulæ
præfecturam obtinisset: ea igitur dig-
nitas Brissaco Marescallo attribuebatur,
licet Henricus II. eam Condæo Principi
promisisset: Insuper Santandreas Mares-
callus, cognomine Jacobus Albonus,
qui ob nimiam, qua apud Henricum Re-
gem

gem valebat, auctoritatem omnibus au-
 licis exosus effrænata sua libidine cun-
 ctorum invidiam in se concitabat, aula
 excedere jubebatur: verum is brevi cum
 factione, quæ tum prævalebat, pacem
 inire satagens in Guisiorum gratiam re-
 diit, oblata Duci unica ipsius filia, cui-
 cunque ex filiis suis vellet, desponsan-
 da, ea lege, ut ex nuptiali pacto am-
 plissima tam sua, quam conjugis suæ
 bona ei cederent, eorum usufructu dun-
 taxat sibi, atque uxori suæ servato, ni-
 hilominus hæ nuptiæ suo caruere suc-
 cessu, quamvis pacta utrinque fuissent
 acceptata.

§. CXXXII.

*Diversa edicta ad publicæ pacis con-
 servationem.*

Sub idem tempus pro civilis admini-
 strationis utilitate varia promulga-
 bantur edicta; quippe Cancellarius no-
 mine Oliverius insignis legum, & æqui-
 tatis custos pluribus decretis publicæ
 singulorum securitati provide consulue-
 rat: præprimis autem indictis etiam se-
 verissimis poenis inhibuit, ne absque
 Regis licentia sclopeta breviora, vel
 arma ad nocendum parata deferantur,
 nec minus usum prohibuit longiorum
 palliorum, & largiorum caligarum, qui-
 bus ejusmodi arma occultari solebant;

Hist. Eccles. Tom. XLIII. Q non

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.

Sæcul. XVI. non deerant tamen, qui hæc fuisse interdita spargerent ad preces Cardinalis Lotharingii, Viri alias timidi, qui cum sibi multos infensos esse sciret, semper sibi a suis hostibus periculum imminere pertimescebat. Paulo post insuper fuerunt revocatæ omnes Patrimonii Regii alienationes perperam, & in fraudem factæ, licet pensionis, aut alterius cujusvis donationis nomine etiam ex meritorum proemio factæ fuissent, a qua tamen lege possessiones eæ excipiebantur, quæ regiis filiabus pensionis loco, aut in dotem datæ sunt: insuper sub hoc decreto non fuerunt comprehensæ aliæ donationes a Regibus concessæ, quæ tamen singulæ articulatim enumerabantur.

§. CXXXIII.

Equites Ordinis S. Michaelis creati.

Thuan. l. 27. **Mezer. t. 5.** **d. 12.** Post hæc Guisii, ut plures sibi clientes devoverent, Regi Authores existere, ut quosdam Ordinis S. Michaelis Equites crearet. Annuit Rex, moxque eorum octodecim cooptavit, qui numerus certe major erat, quam unquam ab Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, quo Ludovicus IX. hunc Ordinem instituerat, factum esse constat. Peractis hisce solemnibus Rex Barum venit, atque ibi, cum Catharina Medi-

Medicæa ejus Mater, ac Guisii id sua-
 derent, jam tum actum, ut Rex supre-
 mum jus, ac Imperium, quod in Bar-
 rensi Principatu habebat, in Lotharingiæ
 Ducis sororii sui gratiam abdicaret: un-
 de Franciscus II., cum nimium facilis ef-
 fet, atque ob ingenii sui imbecillitatem
 hujus consilii perversitatem haud appre-
 henderet, Reginæ sollicitationibus a-
 quievit, editoque Regio diplomate om-
 nibus in Barensem Ducatum juribus se-
 se abdicavit, sibi duntaxat reservato fi-
 delitatis juramento, homagio, ac ju-
 risdictione. Postea Rex Barro Catalau-
 num ad Matronam, & inde fontem
 Bellaqueum processit, ubi aliquo tem-
 pore substitit.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1559.

§. CXXXIV.

Calvinistæ Parisiis severe castigati.

Interea ad reprimendam Calvinistarum
 proterviam opportuna quærebantur
 media; nam hi indies audacia, & pe-
 tulantia magis, magisque crescentes
 ubique seditiones concitare, ac plena li-
 bertate in variis Provinciis suos con-
 ventus agere cœperant: ut ergo ejus-
 modi ausibus obviaretur, Franciscus II.
 edictum promulgari jussit, quod Anno
 Christi millesimo quingentesimo quin-
 quagesimo nono die vigesima tertia No-
 vembris ad Parisiensis Senatus tabulas

Belcar. com.
 l. 28. n. 37.

Q 2

rela-

Sæc. XVI.
A.C. 159.

relatum fuit, eoque Rex severe caverat, ne cujuscunque generis conventicula, ac nocturni congressus fierent, in quibus sub Religionis obtentu (inquietabat Rex) scelera adeo abominanda perpetrantur, ut absque horrore ea memorare haud liceat. Insuper præceperat Rex, ut ædes, in quibus ejusmodi conventus fierent, solo æquarentur, nec ullo unquam tempore rursus exstrui permitterentur. Præter hæc sanxit, ut in quolibet Senatu Curia erigeretur, in qua nonnisi Religionis causæ discuterentur, quæ Curia vulgo ardens appellabatur, eo quod ibidem omnes hæresi suæ pertinaciter insistentes rogi supplicio punirentur: unde Santandreamo Præsidi, atque Antonio Demochari hæreticæ pravitatis Inquisitori suum Religionis studium exerendi occasio præbebatur, ad quam rem administri erant Ruffangius, & Claudius David aurifices, necnon Georgius Renardus sartor, qui olim novam sectam professi, jam vero ad Ecclesiæ sinum reversi, plures Calvinistas accusabant, eorumque crimina omnino atrocia, & maxime infamia detegebant. „Nos, ajebant, cum forte in ædibus „cujusdam advocati in Mauberti platea, „quo magnus virorum, ac foeminarum „omnis conditionis numerus confluerat, ejusmodi conventus haberetur, illi „inter-

„interfuimus, ubi & post appositum, at-
 „que paschalis agni instar a singulis de-
 „gustatum porcum lactentem, sublato
 „lumine cuncti in vagam libidinem ef-
 „fusi sunt. „ Itaque hi accusatores ad
 Cardinalem Lotharingium deducuntur,
 qui illos coram Regina Matre sisti voluit,
 ubi mox quoque Advocatus, in cujus
 ædibus hæc conventicula fuere celebra-
 ta, unacum conjuge, & filia sua com-
 prenditur, eorumque audiuntur tes-
 tes, qui tamen mendacii, ac calumniæ
 convicti fuere: nec tamen propterea in-
 ultum remanebat eorum crimen, præ-
 valente adversus accusatorum innocen-
 tiam publico odio, quapropter ex iis,
 qui hisce conventibus intererant, plu-
 rimi in vincula coniecti fuere.

§. CXXXV.

*Famosi Calvinistarum libelli contra
 Franciæ regimen, eorumque con-
 futatio.*

Calvini Sectatores, quamvis ista cri-
 mina ipsis perperam imputata po-
 tius justa defensione, atque intra debi-
 tæ moderationis limites diluere debuif-
 sent, proterve infames prorsus libellos
 contra Reginæ, & Guisiorum Princi-
 pum auctoritatem divulgabant, petu-
 lanter effutientes, quod nullum eis Re-
 gnum

Sæcul XVI.
 A.C. 1559.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

gnum administrandi jus suffragetur, sed hanc potestatem per viam, ac contra leges exclusis regii sanguinis Principibus usurpassent. Ergo Guisii ad sedandos seditiosos hosce rumores non jam verba, sed remedia magis efficacia adhibebant, & necessarium fore existimabant, quod potius ad suum ipsorum, quam Regis præsidium solitis excubiis etiam Italos adjungerent: cum vero hisce libellis etiam Reginæ Matris auctoritas suggillaretur, hinc Joannes Tilius Curiaæ Protonotarius juris Gallici apprime gnarus edito libello, cui de *Regis Majoritate* nomen indidit, frivolas hæreticorum rationes confutabat, ac pleraque statutorum municipalium capita compilabat, quibus demonstratur, apud Gallos tutelam fere ingruentibus pubertatis annis finiri, neque ultra decimum quintum annum extendi, ut sic semper licitum fuerit, ac liceat Regibus Franciæ in ea ætate illos, quos vellent, summæ rerum præficere, & consiliarios penes se habere. Dein prolatis pluribus exemplis demonstratum ibat, Regni tutelam non semper ad proximum agnatum delatam fuisse.

Porro postremum argumentum ab edicto Caroli V. Franciæ Regis petebat, addebatque, durum alioquin videri, quod Rex ad id, quod Regni legibus, ac per se
pos-

possit, externorum facere ac finitimorum arbitrio consilium sibi deligat: in eo haud obscure Protestantes fugillabat, qui Germaniæ Principes Confessionis Augustinæ socios sollicitaverant, ut se rebus Gallicis interponerent, eo fine, ut legitimum in Gallia consilium constitueretur. Postea insectabatur aperte Protestantes, atque inprimis illius scripti auctorem, quem Achitophelem alterum appellabat, necnon omnes horum tumultuum, ac rumorum Auctores, Ministrosque, ac tubicines seditionum nominabat, adversus quos tanquam Sectarios arma jure sumi posse dixit.

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

§. CXXXVI.

Judicii acta contra Annam Burgum, ceterosque Senatores continuata.

Interea Guisii Principes nil magis efflicax, ut Catholicos ad sua studia pertraherent, censebant, quam si ab ipsis Annæ Burgi, ac ceterorum, qui carcere detinebantur, Senatorum causa urgeretur, cum se hoc facto vulgi gratiam captare, & invidiam de suo violento dominatu amoliri arbitrarentur.

Thuan. l. c.

Porro Burgus, cum se suorum judicium arbitrio relictum cerneret, porrecto libello supplici superioris Curiae Judices

Varillas hist.
de Fran. II.
p. 357. Et
juv.

Sæcul. XVI.
A. C. 1559.

dices acceptare recusabat, caussatus, quod hi soli hanc caussam dijudicandi facultate carerent, & Ægidius Magister primus illius Præses ipsum de multis criminibus perperam accusaret. Ad hæc Cancellarius Olivarius accusatum omnino audiendum, & recusati iudicii rationes esse discutiendas lata sententia pronuntiabat, quinimo huic reo celebrem quemdam Advocatum nomine Marillacum pro tuenda sua causa concessit.

§. CXXXVII.

Burgus errorum suorum revocationem simulans.

Itaque Marillacus præprimis Burgum hortabatur, ut nonnihil ea, quæ interrogatus adversus fidem Catholicam durius responderat, moderaretur, simulque corrigeret illa omnia, quæ ejus Judices in ipsius fidei professione haud quaquam toleranda edixerunt; insuper eum monebat, ut promitteret, se Advocati sui pro ejus causa perorantis sermones minime interrupturum. Hæc pollicebatur Burgus, quapropter Marillacus prosperi successus spe elatus omnes eloquentiæ suæ fontes exhaurire videbatur, ut clienti suo patrocinari posset: præcipue vero illum iniquo modo fuisse carceri mancipatum, ac sententias,

tias, & priora edicta in eum pronuntia-
 ta, esse nulla comprobare nitebatur, de-
 nique iudicum animis ad miserationem
 inclinatis sermonem suum absolvit, sui
 clientis nomine petens, ut rursus in Ec-
 clesie sinum reciperetur: cum ergo ip-
 semet quoque Burgus hanc sibi mentem
 esse assereret, duo Senatores ad Regem
 deputabantur, qui eundem de rei con-
 versione, fictitia licet, certiozem redde-
 rent, ac totius societatis nomine illius
 clementiam implorarent.

Sæcul. XVI.
 A C 1559.

§. CXXXVIII.

*Idem a Calvinistis ad pristinos suos er-
 rores revocatus.*

Verum Calvinistæ, cum hanc focii sui *Thuan. l. 23.*
 mutationem sibi funestam fore per-^{n. 5.}
 timescerent, subdole quemdam suæ sectæ
 Ministrum nomine Joannem Malonum
 olim Carmelitam ad carceres immittunt,
 atque per hunc Burgum, ut in senten-
 tia sua persisteret, nec turpi tergiversa-
 tione Dei causam desereret, hortaban-
 tur, eumque simul monebant, ut in Deo,
 qui ipsum minime deserturus esset, nec
 in hominibus præsidium reponens per-
 severaret, neque vitam temporariam
 sempiternæ beatitudini præferret: in-
 super ei suggerunt, quod tunc, si con-
 stantiam, animique firmitatem retine-
 ret,

Q 5

ret,

Sæc. XVI. ret, illum Judices, quantumvis infesti,
A.C. 1559. minime damnare aufuri forent: si vero
 Deus aliter decrevisset, maneret ei æterna gloria, cum ipse coram Deo cum Angelis in Beatorum cœtu triumpharet, ac apud homines egregium virtutis omnibus etiam amplissimis promissis anteferendæ exemplum relinqueret: hinc sollicitationes amicorum missas faceret, qui corpori ejus, non autem animæ, & existimationi consulerent, quin potius se constanter ad certamen forti, & intrepida conscientia capeffendum accingeret. Prævaluere adversus amicorum consilia hæ voces, & Burgus mutata animi sententia scriptis ad Parisiensem Curiam literis testabatur, se non vitæ conservandæ, ac producendæ causâ his juris remediis usum, sed id factum, ne quid prætermisissè videretur, quod ad jus suum tuendum pertineret, & ut, quo sæpius causâ discussa esset, eo magis veritas illustraretur: igitur porrecto Curix libello priorem confessionem ut ambiguum revocavit, & novam prorsus cum Genevensi consonam proposuit, in qua vehementer contra Pontificem debacchatus est.

§. CXXXIX.

*Marius Præses e Palatio domum re-
 dux sclopeta trajectus.*

Sub

Sub idem ferme tempus Rex literas acceperat, quibus Fridericus Palatinus Elector pro Burgo vitæ gratiam summis precibus exorabat, rogans, ut hunc Senatorem ad Palatinatum mittere vellet. Huic Electoris petitioni fors Rex acquievisset, nisi inopinatus eventus extremum illius, pro quo deprecabatur, supplicium maturasset; nam non multo post Antonius Minarius Præses, dum e Palatio domum obscura jam nocte rediit, die decima octava Decembris insidiis exceptus sclopeti ictu trajicitur, atque idem quoque fatum Ægidio Magistro, & Santandreano itidem Præsidibus parabatur: cum vero Minarius aliqui solutioris vitæ homo a Burgo tanquam suspectus fuerat rejectus, atque is iudicium prosequi vellet, hinc accusatus adversus eum concitatus agebat: nisi rogatus sponte abstineret, fore, ut ex alia causa coactus iudicio non interesset. Hæc verba a præfaga potius, quam conscia mente profecta credebantur, ita tamen recepta, quasi Burgus de hoc homicidio aliquid cognovisset: de cetero, quamvis hujus cædis Auctores nunquam detegi poterint, casus tamen iste maturando Burgi supplicio ansam dabat; verebatur enim Cardinalis Lotharingus, ne Rex Palatini Electoris precibus expugnari se pateretur, atque in se jus gratiam Burgum

Sæcul. XVI.

A.C. 1559.

Thuan. l. 6.

Sæcul. XVI. gum liberaret: quapropter iudicium ur-
 A.C. 1559 gebat.

§. CXL.

*Burgus ad laqueum, & rogam
 damnatus.*

Thuan. l. c. Itaque tertio post die Burgus lata in
Spond. n. 27. eum sententia ad laquei, rogiue sup-
 plicium condemnabatur: cum autem
 hoc iudicium coram illo recitaretur,
 nullum perturbati animi signum edebat,
 affirmans, quod sincera mente ignosce-
 ret iudicibus suis, qui eum iuxta con-
 scientiam Dei iudicassent: conversa ta-
 men ad ipsos Iudices oratione tandem
 commotior in hæc verba desit; „Jam
 „tandem ignes vestros, & incendia re-
 „stinquite, atque ad Deum emendata
 „priori vita mentes convertite, ut pec-
 „cata vobis condonentur, ac delean-
 „tur: iniquus derelinquat viam suam,
 „omissisque perversis consiliis ad Domi-
 „num convertatur, & ipse ejus misere-
 „bitur: vos vero vivite, & valete, o Se-
 „natores, & in Deo, ac de Deo indefi-
 „nenter cogitate: ego libens ad mortem
 „pergo. „ His dictis plastro impositus,
 ac valida ducentorum Equitum, ac qua-
 dringentorum peditum armis instructo-
 rum turma stipatus ex Palatii carceri-
 bus ad S. Joannis plateam, ubi locus
 erat pro supplicio destinatus, deduce-
 batur,

batur, atque eo delatus pauca ad populum, uti promiserat, prolocutus duntaxat edixit, quod Evangelii causa, non tanquam latro ad mortem duceretur. His dictis, ipse se veste exuit, & cum in altum attolleretur; aliquoties auditus est hæc verba pronuntiare. „Deus mi, ne me derelinquas, nec ego te derelinquam:„ elisis mox laqueo faucibus corpus in ignem conjicitur die vigesima Decembris. Hunc exitum habuit Annas Burgus, cum triginta, & octo annos vixisset, Rigomagi præcipuo in Arvernensium oppido natus ex honesta, ac locuplete familia, ex qua olim Antonius Burgus Franciæ Cancellarius sub Francisco I. prodiit. Ceterum huius hæretici supplicium crebras extorquebat lacrimas ex eorum oculis, qui prævidebant, quod illius mors sanguinis in Francia ubertim effundendi dispendio progressu temporis ob hæreticorum seditiones constaret.

§. CXLI.

Ceteri Senatores ad varia supplicia damnati.

Posthæc ceterorum Senatorum causa *Tiuan. l. 6.* dijudicabatur, qui tamen eo facilius sese defendere poterant, quo longe cautius quam Burgus, in Mercuriali, ut vocant, iudicio hæresis suæ venenum

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

occur-

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

occultare satagebant. Hi numero erant quatuor, Eustachius de Porta, Paulus Foxius, Ludovicus Faber, & Antonius Fumeus, quorum primus coram universo Senatu declarare jubebatur, quod superioris Curiae sententiam contra hæreticos latam tanquam juri consonam approbet, eamque omni reverentia acceptet. Alter, eoquod in pœnis discernendis discrimen adhibendum, atque eos, qui rem ipsam in Religionis mysteriis pernegant, gravius, quam illos, qui formam duntaxat, & modum inficiantur, esse puniendos censuisset, itidem omnibus Curiis convocatis declarare jussus est, quod post Eucharistiæ consecrationem forma a materia separari nequeat, hæcque consecratio vera esse haud possit, nisi juxta Romanæ Ecclesiæ formam fiat. Huic sententiæ insuper additum, quod Foxius per integrum annum a Senatu arceretur. Tertius Ludovicus Faber proferebat quasdam corruptelas, quas in Religionem irrepsisse contendebat, atque ad illas penitus extirpandas Synodum, in qua plena esset agendi libertas, esse celebrandam suadebat: quamvis ecquidem hoc consilio nihil magis sanum videri posset, atque de primo articulo omnes etiam Catholici persuasi essent, circa alterum autem caput Henricus

ricus II. & Philippus II. in Cameracensi Sæcul. XVI.
 fœdere convenissent, ut ad dirimenda A.C. 1559.
 Religionis diffidia Oecumenici Concilii
 celebratio impetraretur, nihilominus
 Ludovicus Faber veniam a Deo, Rege, ac
 justitia implorare, & per quinquennium
 a Senatu abstinere jussus est, addita
 quingentarum librarum francicarum
 multa, quæ in pauperes erogandæ forent.
 Denique quartus nomine Antonius Fu-
 meus a suo scelere absolutus nulla ad-
 jecta pœna dimittitur, eo quod Joannes
 Parthenæus Subitiæ Princeps, ac Re-
 ginæ Matri percarus tam impense pro
 eo apud eandem deprecaretur, ut illum
 etiam a judicii severitate eriperet. (*)
 §. CXLII.

(*) Immerito Continuator Fabrum pur-
 gare nititur, falso exponens, quod omnes
 Catholici *abusus in Religionem* irrepsisse falsi
 fuerint, & Synodum talem, qualem Faber,
 atque omnes hæretici tum petebant, celebrari
 ambo Reges decrevisissent: cum vero Conti-
 nuator hæc ex Thuano descripserit, illius
 verba hanc in rem adducere haud inconsul-
 tum erit, ut Lector exin cognoscere queat,
 quam audacter Continuator Scriptorum te-
 stimonia depravare soleat: Itaque Thuanus,
 licet ipse hæreticis semper favere, ac sum-
 mis Pontificibus infensus esse videatur, rem
 tamen majori cum integritate ita enarrat:
Faber

Sæcul. XVI.
A C 1559.

§. CXLII.

Omnes de hæresi suspecti severe puniti.

Thuan. l. 6.

Quamvis isti hæretici his pœnis fuerint mulctati, nec tamen propterea deerant nonnulli turbidæ indolis homines, qui Minarii Præsidis cæde irritati Guisianos Principes sollicitabant, ut de omnibus hujus sceleris auctoribus, aut consciis, vel de eo suspectis promeritas pœnas sumerent, ac præprimis Procurator Regius Franciscum II. certio-rem reddebat, quod Calvinii Sectatores de spargendis huc illuc per urbem ignibus consilia nefaria iniissent, ut occupata in restinguendis incendiis plebe, inde captata occasione custodiarum publicarum portas effringerent, & cunctos

Faber libello Curiaë porrecto sibi miraculose revelatum dicebat, nam his verbis rem expresserat, ne quemquam nominare cogere- tur, & ex eo illi periculum crearet, Santandreamum, qui judicio præerat, non solum singulos judices pressare, sed etiã intentato metu, ac minis eos a libere dicenda sententia deterrere, ac proinde, ut rejiceretur, rogabat, sed cum testes minime nominaret, tandem damnatur, quod perperam, ac temerario ausu dixisset, ad extirpandas hæreses Synodi œcumenicæ celebrationem optimum & unicum remedium esse, interim capitalibus pœnis in Sectarios minime animadverti debere.

ob hæresin vinctos liberarent. Hæc
 accusatio quamvis fors levi inniteretur
 suspitioni, Rex tamen Campoburgi, ubi
 tum agebat, diploma expediri iussit,
 quo Curia mandatum est, ut severe in su-
 spectos animadvertat, & omni diligen-
 tia causis eorum judicandis sine inter-
 missione incumbat: eapropter quatuor
 ex universo Senatu constitutæ extra
 ordinem Curia, quæ id negotii expe-
 dirent, brevique earum festinatione
 effectum est, ut carceres evacuarentur,
 aliis ad mortem damnatis, aliis
 crimen fateri, & veniam petere iussis,
 aliis vero relegatis, aut alio pœnarum
 genere multatis, quos inter etiam Ro-
 bertus Fluardus, qui in carcere deten-
 tus Minarium Præsidentem sicaria manu
 trucidasse accusabatur, tormentis sub-
 jicitur, quibus tamen cum veritas ex-
 torqueri non posset, ac aliunde satis
 validæ adversus eum probationes non
 adducerentur, libertati restitutus est.
 Sub idem quoque tempus quidam Prin-
 cipum Guisiorum emissarius nomine
 Julianus Firmius, qui plures literas de-
 ferebat, prope Campoburgum occideba-
 tur, cujus nece Guisiorum animi vehe-
 mentius accendebantur: interim Re-
 gina Francisci Mater, & Guisii Prin-
 cipes vel maxime eo ex capite offende-
 bantur, quod mentio a nonnullis fieret

Sæcul. XVI.
 A.C. 1559.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. R de

Sæcul. XVI. de celebrandis Regni comitiis; vere-
A.C. 1559. bantur enim ambo, ne Comitiorum
 auctoritate in usum revocata, ipsorum
 potentia imminueretur: quocirca eos,
 qui ordinum conventus urgebant, tan-
 quam perduelles, ac seditiosos infimu-
 labant.

§. CXLIII.

*Hæreticos detegendi modus in Francia
excogitatus.*

*Thuan. l. c.
 Mezeray
 abrege
 chron. t. 5.
 p. 22.*

Ut autem illi, qui opiniones Religioni
 Catholicæ adversas fovebant, cer-
 tius dignoscerentur, hinc in omnibus
 urbibus præcipue autem Lutetiæ Pari-
 siorum erigebantur per vicos, & com-
 pita Beatissimæ Virginis, ac Sanctorum
 imagines, ad quas omni cultu exorna-
 tas candelæ interdium accendebantur,
 ac populus, puerique lytanias, alias-
 que preces decantabant: apponebantur
 etiam per viam gazophylacia, seu ar-
 culæ, ubi cum forte aliqui transirent,
 ibi pecuniam, ut cereri, ac candelæ
 in eum usum coemerentur, erogare im-
 portunis hominum ad id destinatorum
 petitionibus cogebantur, quod tributum
 si quis pendere recusaret, aut eas ima-
 gines, quin illas salutaret, quamvis in-
 advertenter pertransiisset, in eum tan-
 quam suspectum confestim impetus a
 plebe fiebat, ac benigne is secum actum
 puta-

putabat, si duntaxat pugnis cæsus, aut pedibus in cœno conculcatus, de cetero salva vita, in carcerem truderetur.

Sæcul XVI.

A.C 1559

Verum Ecclesiastici, quibus fanior de ejusmodi rebus sensus erat, hosce abusus deplorabant, quapropter, ne similes corruptelæ augerentur, non deerant plures, qui hæc imagines, quotquot poterant, a plateis ablatas in Ecclesiis collocarent: nihilominus ad mala, quæ ex mutuo horum ardore utrinque oriebantur, penitus repellenda ejusmodi remedium nimis infirmum erat, atque insuper immodica severitas, qua de hæresi levi etiam ex causa suspecti, aut sectatoribus faventes continuo vexabantur, ad id unice conducebat, ut Calvinistæ vehementius exacerbatius magis, magisque in rabiem agerentur, ac vindictæ libidine accensi tantum curas eo intenderent, ut Franciam jamjam gravissimis tumultibus immersam adhuc majoribus malis affligerent.



R 2

HI.